This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

HDI
HW 5NQ7 0

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

teris tantumdem numericè efficientibus) nam ת valet 400. ר 200. Sic etiam ןנג item תשנג faciunt 753.

Numeros millenarios etiam deſignant bifariàm. Primò per duo puncta litteræ ſuperjacentia, quæ littera tunc tot millia valet, quot ſine illis punctis valeret unitates. Sic א̈ valet 1000. ב̈ 2000. מ̈ 40000. ר̈ 200000. atque ita ט̈ו 9006. ג̈רנח 3258. מ̈בשפז 42387.

Secundò litteram א̈ ita duobus punctis notatam poſtponunt litteris, quibus volunt deſignare millenaria; ita ut litteræ præcedentes tot millia valeant, quot aliàs tantùm valerent unitates. Itaque בא̈ ſunt 2000. נא̈ 50000 קא̈ 100000. צא̈רמב 91242

Sic הא̈תסד vel ſimpliciter ה̈תסד facit 5464 quotum Judæi ab exordio mundi computant, & vocant annum currentem, quem brevitatis causâ omiſſis 5000 (qui juxta ipſorum computum complentur cum anno Chriſtiano 1240.) ordinariè deſignant per תסד 464. Annus autem præſens Æræ Chriſtianæ ita Hebraïcis litteris deſignatur א̈תשד 1704.

Pſalm. 112. ℣. 2.

יְהִי שֵׁם יְהוָה מְבֹרָךְ ׃

Digitized by Google

Et facta eſt lux. Ex. 16. *Má-titten-li? Quid-dabis-mihi?* Gen. 15. 2. Quo ultimo exemplo vides tres voces per duo *Maccaph* eſſe conjunctas.

CAPUT X.

De Notis Arithmeticis.

SIcut Græci, ſic etiam Hebræi utuntur litteris ſuis pro notis numericis, idque juxta ſequens Schema:

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30
א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט	י	כ	ל

40	50	60	70	80	90	100	200	300	400
מ	נ	ס	ע	פ	צ	ק	ר	ש	ת

500	600	700	800	900	1000	2000	10000
ך	ם	ן	ף	ץ	א̈	ב̈	י̈

Ex his litteris inter ſe compoſitis alios numeros formant, v.g. quia א valet *unum*, & כ *viginti*, hinc כא facit 21. כב 22. נג 53. רו 206. שמח 348.

Atque ita de ceteris, niſi quòd *quindecim* exprimant per טו hoc eſt 9. & 6. non verò יה id eſt 10. & 5. Faciunt hoc Religione, vel potiùs ſuperſtitione quâdam adducti, quòd יה *Jah* ſit unum ex nominibus Dei.

Numeros excedentes 400. duplici formâ deſignant. Primâ, ponendo litteras finales, ut denotet v. g. ם 600. & ita reliquæ juxta Schema ſuprà poſitum: Secundâ, utendo numeris compoſitis. Sic indicant 600. per תר (vel alio quopiam numero compoſito ex lit-

teris

Silluk autem ſemper eſt ultimus vocis, imò & verſus Accentus, & poſt vocem quam afficit ponuntur duo puncta craſſa, ùt Ex. 2. item 7.

Si tamen vox quæpiam præcedens alteram, cui conjuncta eſt per *Maccaph*, habeat ſub ſe lineam perpendicularem, illa erit *Meteg*, non *Silluk*, ùt Ex. 2. in voce *Vajehi*; nam, ùt ante diximus, nullus Accentus Grammaticus (ùt talis) præcedit *Maccaph*.

Quoad Accentus Rhetoricos ſufficit attendere duos jam ſæpiùs nominatos, nempe *Meteg* & *Maccaph*; hunc tamen aliqui nolunt Accentibus annumerari.

Meteg (qui dum ante Scheva ponitur *Gaja* dicitur) pingitur lineâ perpendiculari, ſub littera. Ejus officium eſt litteram & vocalem cui adjungitur decorè ſuſpendere, item retinere, ne cum ſequenti in unam ſyllabam coaleſcat, ſi fortè Scheva ſequatur; unde appellatur *Meteg*, hoc eſt *Frenum*. Talis eſt unicus in voce *Vajehi* Ex. 2. Primus in voce *Hacſetha* Ex. 1. atque in voce *Laaſoth* Ex. 7. Item duo priores in voce *Haccenaani* Ex. 5.

Aliquando, ſed raro, loco *Meteg* ponitur Accentus Grammaticus, merè tamen fungens tunc officio *Meteg*, v. g. Gen. 4. ℣. 7. Ex. 4. ubi loco *Meteg* eſt Accentus miniſter dictus *Munach*, ac proinde legendum *Vajjedehu Et cognoverunt*, non *Vajjedehu*.

Maccaph eſt linea tranſverſa media inter duas voces eaſdem conjungens, ut cum poſtremæ vocis Accentu Grammatico venuſtâ pronuntiatione coaleſcant, ùt Ex. 2. *Vajehi*

Et

Hi tamen & ſimiles Accentus, aliquoties nihil in oratione diſtinguunt, ſed vel ſoli Muſicæ deſerviunt, vel ſoli tono; nempe pro ſola nota acuendæ ſyllabæ.

Id quod Latini deſignant per duo puncta, nempe ſenſum ſemiperfectum, indicant Hebræi per Accentum dictum *Athnach*, nimirum ſigno hoc ˄ infra litteram poſito. Sæpè tamen *Athnach* minori, imo quandoque minimæ diſtinctioni ſervit, ùt patet ex primo *Athnach* in Scriptura occurrenti, ſcilicet Gen. 1. ỷ. 1. ubi eſt ſub voce *Elohim Deus*, Exemplo 3. *In principio creavit Deus cœlum & terram*.

Finem integræ ſententiæ, quem Græci & Latini per unicum punctum deſignant, indicant Hebræi lineâ perpendiculariter litteræ ſuppoſitâ, ùt Gen. 1. ỷ. 3. Ex. 2. ſub littera א vocis *Or Lux*. Gen. 2. 3. Ex. 7. ſub littera ש vocis *Laaſoth*, *Ut faceret*, ſive *Ad faciendum*.

Vocatur hic Accentus *Silluk*, item *Sophpaſuk*, hoc eſt *Terminus ſectionis*, ſeu *Verſiculi*; nam in Scriptura ſemper notat finem verſûs.

Quia verò Accentus Grammaticus *Silluk*, non diſtinguitur figurâ à Rhetorico *Meteg*; notandum lineam perpendiculariter ſuppoſitam voci, ſemper eſſe *Meteg*, quotieſcumque illa linea, non eſt ultimus vocis Accentus, v. g. Ex. 7. linea inter ל & ע eſt *Meteg*; quia eam ſequitur alia ſub littera ש. Item Ex. 5. in voce *Haccenaani Chananæus*, ſunt *Meteg* tam illa linea, quæ eſt inter ה & כ, quàm iſta, quæ eſt inter נ & ע, quia præter utramque eſt alius Accentus ſuper ultimam.

Digitized by Google

Rhetoricus, poſterior *Grammaticus*. Sic Ex. 1. *Hajetha Erat* Gen. 1. ℣. 2. Primus inter *He* & *Jod* eſt *Rhetoricus*, dictus *Meteg*, de quo infra hoc capite. Secundus inter ה & ת eſt *Grammaticus*, dictus *Merca*, qui indicat continuari ſenſum orationis in illa voce *Hajetha*, cum ſequenti in textu *Thóhu Inanis*.

Quælibet vox habet Accentum Grammaticum, niſi alteri voci conjungatur per *Maccaph*, ſeu lineam inter duas voces jacentem, eaſque connectentem, quò caſu in ſola ultima voce conjunctarum per *Maccaph* eſt Accentus Grammaticus, priores verò voces vel omni prorſus Accentu carent, ùt Ex. 6. *Ma*, item *Titten*; vel ſi prior vox conjunctarum per *Maccaph* habeat Accentum aliquem, ille eſt Rhetoricus cenſendus, ùt Ex. 2. *Vajehi Et fuit*, ſeu *Et facta eſt* Gen. 1. ℣. 3. Accentus unicus inter ו & י eſt Rhetoricus *Meteg*.

Inter Grammaticos Accentus ſingulariter attendendi ſunt *diſtinguentes*, ſic dicti, eò quòd diſtinguunt Orationum partes, ſicuti apud Latinos *Punctum*, *Duo puncta*, *Comma*.

Id quod Latini per *Comma*, vel *Hypocolon*, nempe minores inciſiones, ordinariè denotant Hebræi per Accentum *Rebia*, ſeu *Revia* vocatum, hoc eſt puncto uno ſupra litteram collocato; vel per *Sukeph-katon*, ſeu duobus punctis litteræ perpendiculariter impoſitis; vel per *Segolta* (quod plerùmque fit in longioribus Verſibus) nimirum tribus punctis ſupra litteram ſtantibus, inſtar inverſi puncti vocalis *Segol*. Singula exhibentur Exempl. 3. 4. 6.

Hi

Aliqui volunt his caſibus pronuntiari ו per Belgicum *W*: *Eſaw*, *echaw*, *caſlew*, *thaw*, *piw*.

Multi, præſertim Judæi, præferunt efferri per *F*. vel *V*. *Echaf*, vel *Echav*, *Eſav*, *Caſlef*, *Thav*, *Piv*, vel *Pif*.

CAPUT IX.

De Accentibus.

PRæter puncta, quibus Hebræi vocalium ſonos indicant, habent varia alia ſigna, ab ipſis *Accentus* vocata, quæ magnâ copiâ, ac diverſitate Hebræo Scripturæ textui adnotant. His ſignis indicant 1. Quo tono Muſico debeant verba proferri, dum Sacer Textus decantatur, prout in Synagogis fieri ſolet. 2. Quo tono debeant pronuntiari, dum ſimpliciter leguntur; & quidem juxta placitum Rabbinorum accentus Grammaticus regulariter indicat ſyllabam, quam afficit, acuendam, ſeu attollendam eſſe. 3. Serviunt varii ex iſtis Accentibus pro diſtinctione ſententiæ in certa membra.

Eſt in Hebræo duplex Accentuum ſpecies; nam alius eſt *Grammaticus*, ſeu *Tonicus*, ut aliqui vocant; alius *Rhetoricus*, qui & *Euphonicus* dicitur Ut clarius dicenda intelligantur Exempla ſubjicio.

וירא 4 אלהים 3 ויהי־אור׃ 2 חיתה 1

לעשות׃ 7 מה־תתן לי 6 הכנעני 5

1 Dum unicus Accentus eſt in voce quapiam, alteri non conjunctâ per *Maccaph*, ille eſt *Grammaticus*; dum duo, prior regulariter eſt *Rhe-*

Digitized by Google

Sine puncto vocali ſonat י poſt ָ & ַ item poſt ו & ו quibus caſibus cum littera præcedenti ejuſque puncto unam ſyllabam efficit, ùt Ex. 1. *Adonaj* triſyllabum, 2. *Haj* Urbs, 3. *Goj Gens* monoſyllaba, 4. *Banuj adificatus* diſſyllabum.

אָחָיו 5 בָּנוּי 4 גּוֹי 3 עַי 2 אֲדֹנָי 1

Varii excipiunt *Jod* quando eſt penultima vocis littera, & ipſum ſequitur ו tunc enim poſt ָ reticent, ùt Ex. 5. *Echáv*, vel *Echau Fratres ejus*, ubi nihil ſonat de *Jod*. Alii tamen, (inter quos *Uranius*) etiam ibi efferunt, dicentes *Echáiv* diſſyllabum.

Thomas du Four monet *Jod* poſt, & cum ָ & ַ non eſſe proferendum ùt Gallicè *j'ay*; ſed ùt prima ſyllaba Gallicæ vocis *Ay-ez*. Poſt ו non ùt *Moy*; ſed ùt prima ſyllaba in *Loy-er*, denique poſt ו non ſonare ùt *Ouy*, ſed ùt prima ſyllaba *Louy-ez*.

REGULA IV. De ו.

PRo diverſitate puncti, quo afficitur ו ſonat ùt *V* conſonans cum vocali ſequenti, v.g. Ex. 1. *Vavim Capitella*.

Totaliter ſilet dum fungitur officio *Cholem* aut *Schurek*, ùt בוֹ *Bo In eo*, הוּא *Hu Ipſe*.

Aliàs in fine vocis coaleſcit in unam ſyllabam cum littera præcedenti, ac illius puncto, ùt Reg. præc. Ex. 5. *Echaiv* vel *Echau*. Et hic Ex. 2. *Eſau*, 3. *Caſleu* diſſyllaba, 4. *Thau*, 5. *Piu Os ejus* monoſyllaba.

פִּיו 5 תָּו 4 כִּסְלֵו 3 עֵשָׂו 2 וָוִים 1

Digitized by Google

De litteris יהוא אהוי ſive יהוא

HÆ 4. litteræ י ו ה א pro facilitandâ memoriæ comprehenſæ unâ voce, dicuntur: *Ehevi*, item *Jehu*, quo nomine proprio præcisè continentur. Olim vices vocalium ſæpè ſubibant; hinc modò inventis punctis vocalibus quandoque ſonant, quandoque ſilent; unde & *Quieſcentes* dicuntur. De illis has accipe Regulas:

REGULA I. De א

LIttera א non affecta puncto ſilet ubique, ùt הוא *Hu ipſe*, ראש *Ros caput*.

REGULA II. De ה

IN fine vocis ſonat *He* dum habet *Mappik* (de quo cap. 5.) item ubicumque habet punctum vocale aliud quàm *Scheva* quieſcens, ùt Ex. 1. *Benah Filius ejus* fœminæ, 2. *Har Mons*, 3. *Jadeha Manus ejus*.

Aliàs in fine ſyllabæ ſemper ſilet, v.g. Ex. 4. *Ma? Quid?* Ex. 5. *Jege Meditabitur*. Aliqui tamen volunt *Scheva* in ultimo exemplo æquivalere ſigno *Mappik*, ac proinde ibidem *He* non ſilere, ſed proferendum eſſe *Jehge*.

1 בְּנָהּ 2 הַר 3 יָדֶיהָ 4 מָה 5 יֶהְגֶּה

REGULA III. De י

JOd affecta puncto ſonat ùt J conſonans cum ſequenti vocali, indicata per punctum quo afficitur, ùt יָם *Jam Mare* יוֹם *Jom Dies*.

Jod ſine puncto ſilet poſt ֵ & ֶ ac ִ hoc eſt poſt *E* & *I*, ùt Reg. præced. Ex. 3. *Jadeha*. Item בֵּיתִי *Bethi Domus mea*.

Digitized by Google

PUNCTUM IX. De ש

IN Vulgata editione ש *Scin* conſtanter transfertur per *S*, niſi quòd per *Sc*. Jud. 12. ℣. 6. *Scibboleth* שִׁבֹּלֶת quo loco etiam in Hebræo notatur, non eſſe dicendum סִבֹּלֶת *Sibboleth*. Valet proinde *S* valdè ſtridulum, & quaſi *Sc*, ac *Sch*. Multi hanc litteram autumant pronuntiandam, ſicut Galli *Ch* in *Choſe*, *hâſche*, & Moſæ-trajectenſes ſuum *Sch Schapeſchouwer*; quæ pronuntiatio videtur aliquid involvere de littera *I*, cum ſequenti vocali unam ſyllabam, vel diphthongum conſtituente, ita ut שׁוּב *Reverti*, ferè ſonet *Schiub*, vel *Sciub* monoſyllabum; qualiter aliqui Latinè ſcribunt Hebræa verba in quibus eſt ש ſignanter Bellarminus in Pſalm. 11. ℣. 3. Pſalm. 14. in Tit. Pſalm. 21. ℣. 1.

Dum punctum ponitur in dextro cornu ſic שׁ, ſolet modò pronuntiari *Sc*, ùt Latina *Scalpo*, *ſcindo*, *ſcribo*, *ſcelus*. Puto tunc etiam valere *Sch*, ùt Græca *Schiſma*, *Schola*, & Flandrica *Schoon*, *Schult*, שִׂמְחָה שׁוֹן שֹׁלֶט

Dum punctum eſt in ſiniſtro latere profertur ùt *S* in voce Latina *Sum* שׂוּם, aut potius ùt *Sc* in Latino *Scio*, & Gallico *Sçavant*.

PUNCTUM X. De ת

ÆQuivalet Hebræum ת Græco ϑ, ſeu *Th*. Si verò ſit affectum puncto Daghes, profertur ùt merum *T*. Abuſus inſignis eſt, quòd Judæi moderni, præſertim Germani, litteram ת ubi ſine Daghes reperitur, efferant per *S*.

Digitized by Google

PUNCTUM VI. De ס

QUi ז *z* ùt ſimplicem litteram molliſſimè pronuntiant, hi conſequenter (ut inter ipſam & ס diſcrimen habeant) magìs ſtridulè pronuntiant ס *Samech*, nempe ùt *S* in Latino *Sum*; vel etiam ùt *ſc* in *Scio*; ſed, ùt dicemus Puncto 9. iſte eſt ſonus litteræ ש; at ס valet *S* ſimplex, prout in vocibus *Moſa, Phaſe, Caſa, Praſes.*

PUNCTUM VII. De פ

PHe פ ſcriptum ſine Daghes, ſonat ùt *Ph* vel *F*, hoc eſt ùt Græcum φ. Iſte genuinus litteræ פ ſonus videtur; unde S. Hieron. in Iſa. 2. ℣. 5. *Litteram* P *ſermo Hebraïcus non habet, ſed pro ea Græco* φ *utitur.* Senſim tamen uſus invaluit ut פ efferatur quaſi ſimplex *P*, quando habet Daghes, ſeu punctum in medio.

PUNCTUM VIII. De צ

S. Hieronymus litteram צ *Tſade* in Vulgata penè ubique tranſtulit per *S*, ùt in vocibus *Segor, Sion, Sabaoth*; ſed in ſuis Commentariis ſolet illam exprimere per *Z*. Rarò transfertur per *T*, ùt in voce *Tyrus* צור. Idem Hieronymus docet צ eſſe admodum ſtridulam, nec in ſono illam convenire cum ulla Latina littera; ſolet interim ab Hebraïzantibus nunc proferri, quaſi foret *Ts*, fermè ſicut Itali pronuntiant *T*, ante *I*, dum iſtud *I* alia vocalis ſequitur, v. g. *Otium*, *Pronuntiatio*, acſi foret *O-tſium*, *Pronun-tſia-tſio.*

Digitized by Google

proferenda eſt, ſicut aliqui pronuntiant in Latina voce *Genus*, fermè quaſi *Sienus*; ſed efferenda eſt molli ſono, qualiter fit in vocibus: *Dagon*, *figura*, *gravis*, *gannit*.

PUNCTUM III. De ו

Littera *Vau* ו (niſi ſubeat officium puncti vocalis *Cholem* vel *Schurek*, ùt in voce סופות *Suphoth turbines*) æquivalet Latinæ conſonanti *V*. Juxta Varios in fine vocis induit quandoque naturam vocalis *V*, de quo cap. ſeq. Reg. 4. Sunt qui putant Hebræum ו æquivalere Belgico *W*.

PUNCTUM IV. De ז

Zain ז eſt littera virtualiter duplex, valet enim Latinum *Z*, ſeu *Ds*, atque ita genuinè pronuntianda eſt; unde puto abuſum eſſe, quod aliqui deſcribant ipſam per *s* leniſſimum, ac ita proferant, ut ſono non differant ultimæ ſyllabæ vocum *Gaza*, & *Caſa*. Duplicem litteram eſſe probant Regulæ Poëſeos, juxta quas, non ob aliam quam hanc rationem, poſitione longa eſt omnis ſyllaba præcedens litteram *Z*; atqui S. Hieronymus Hebræum ז ſemper transfert per Latinum *Z*, prout & LXX. per Græcum ζ.

PUNCTUM V. De י

Jod י eſt J conſonans. Stridorem refugit, quem ipſi abuſivè tribuunt multi in nominibus *Jeſus*, *Joannes*, *&c.* acſi ſcriptum eſſet *Sjeſus*, *Sjoannes &c.* Hi penè *S* pronuntiant, non *J*. Debet igitur י ſuaviter efferri, ſicuti fit in voce *Alleluja*, & Belgico *Ja*.

Digitized by Google

Ex illo vario variarum Gentium loquendi modo fit,ut aberrent quandoque Grammatici à vero Hebrææ litteræ ſono, dum nimis rigidè illum accommodant ſuæ pronuntiandi litteras methodo; v. g. Hiſpani litteram *B* ita proferre ſolent, ut vel omnino, vel penè coincidat cum conſonante *V*, ſicut hæc ab aliis paſſim pronuntiatur: quia verò primi Grammatici Hebræi fuerunt Hiſpani, ſonum litteræ ב deſignarunt per *V*, & hinc multi putarunt litteram ב ſæpè ſonare, ùt Latinum *V*; cùm tamen ſit purum *B*, aut ad ſummum aliquoties poſſit proferri *Bh*.

His prænotatis, & omiſſis litteris לכטר רקנמ circa quarum pronuntiationem nulla eſt controverſia; prætermiſſis etiam gutturalibus, de quibus actum cap. 6. ſit

PUNCTUM I. De ב

SOnat Hebræum ב ùt Latinum *B*. Multi tamen, ùt ſtatim notavi, pronuntiant quaſi foret *V* conſonans, nempe dum ſcribitur ſine Daghes, v. g. דֶּבֶר proferunt *Dever Peſtis*, non *Deber*; ſed, ut dixi, non rectè. Hoc vel inde patet, quod nec S. Hieronymus, nec ullus Antiquorum in nominibus propriis Hebræorum uſquam tranſtulerit *V*, ubi in Hebræo habetur ב; ſed ubique *B*, ùt in nominibus *Abraham*, *Abdias*, *Abner*, *Gabriel*, *Hebron*, in quibus omnibus ב eſt ſine Daghes. Vide Alphab. Græc. cap. 3. art. 1. ubi de β.

PUNCTUM II. De ג

GImel ג valet *G*, & juxta pleroſque ſine Daghes ſcriptum *Gh*. Numquam ſtridulè

pro-

Digitized by Google

CAPUT VII.

Genuinus ſonus reliquarum litterarum.

COnſtat experientiâ quotidianâ, unamquamque Gentem in pronuntiatione, linguam peregrinam accommodare ſuæ propriæ, ſive, ùt loquimur, maternæ; hinc fit ut extranearum linguarum litteras talis Patriæ ſcriptores deſcribant quoad valorem, per ſonum, quo certas litteras in materno ſuo idiomate ſolent proferre.

Hoc exemplis mox ſubjiciendis fiet manifeſtum, ſummoperè verò notandum eſt, ut ita genuinus ſonus quarumdam litterarum Hebræarum ſciatur: nempe ut attendas cujus Gentis ſcriptor ſit, qui alicujus Hebraïcæ litteræ valorem deſignat; deinde ut noveris, quo ſono ſoleant talis Patriæ homines pronuntiare litteram, cui ſcriptor ille dicit æquivalere certam litteram Hebraïcam.

Exempli causâ Xantes Pagninus litteram ק paſſim transfert per *ch*; ſed notandum eſt ipſum fuiſſe Italum; Itali verò pronuntiant ſuum *ch* eo ſono, quo Flandri ſuum *k*, cui æquivalere Hebræum ק eſt indubitatum. Econtra *Du Four* litteræ ק valorem exprimit per *q*, Gallus enim fuit; hi autem tali ſono pronuntiant *q*, quali Belgæ *k*.

Idem *Du Four* litteram ש omnium aliorum Grammaticorum calculo exprimendam per ſtridulum *s*, dicit æquivalere *ch*; nec aberrat, nam Gallus eſt, pronuntiant verò Galli *ch* ſtridulè, ut patet ex vocibus Gallicis: *Choſe*, *cher*.

Digitized by Google

lata de Græco, atque etiam ſæpè ubi illa eſt de Hebræo, v.g. חם *Cham*, item 1.Reg.14. ℣.3. *Achias filius Achitob* אחיה, אחיטוב

Ordinariè tamen S. Hieronymus tranſfert ח per ſimplicem aſpirationem, ùt in vocibus: *Haran*, *Horma*, *Hebron*, *Heva*, *Hur*, item אחיו *Ahio* 2.Reg.6.3. Quandoque ſine ulla aſpiratione, ùt חנה *Anna*, חפני *Ophni*.

Proprius ſonus ח eſt ſimilis illi, quem edit homo curſu fatigatus, vel ligna findens, ſicque anhelitum ducens, & qualiter multi pronuntiant *h* in *Mihi*, *Nihil*, ita ut ferè ſonet *Michi*, *Nichil*.

Articulus IV. De ע.

Aſpiratio ע *Ajin* denſiſſima eſt, & ingrati ſoni, talis fermè, qualem format homo, dum fovet rigentes digitos halitu ſuo ex imo gutture deducto, accedit proinde ad ſonum *ng*.

In Græco, & Latino textu ordinariè non exprimitur ſonus hujus litteræ, ſed merè profertur vocalis, ſive ſonus puncti litteræ ע appoſiti, ſicut de א diximus, v.g. עוג *Og*, item *Abarim*, *Abdias*, *Enac*, *Obed*, in quibus prima littera eſt ע. Item ישמעאל *Iſmael*, יהוידע *Jojada*. Sæpè tamen ſimpliciter aſpiratur, ùt עי *Haj*, *Heli*, *Hebræus*.

Aliquando propter affinitatem ſoni effertur per litteram *g*, ùt in עמרה *Gomorrha*, עזה *Gaza*, & quibuſdam aliis nominibus, quod quidem LXX. Interpretes Græci ſæpiùs fecerunt.

Cap.

Digitized by Google

ſerti, & ſcribitur שׁוּר hoc eſt *Murus*. Secundo צוּר id eſt *Saxum*, proprium ibidem nomen cujuſdam Madianitæ. Tertio ita vocatur quædam porta Templi, ſcribiturque סוּר *Recedere, inclina*.

Articulus I. De א

*A*Leph א eſt ſpiritus lenis. Nihil in pronuntiatione ſuperaddit, vocali; ſed merè profertur ſonus, quem indicat punctum litteræ א affixum. Hinc omnium vocalium ſonum induit, v.g. אוֹת *Oth Signum*.

אַב *Ab pater* אֵם *Em mater* אִישׁ *Iſch vir* אֻמִּים *Ummim populi*

Articulus II. De ה

DUm ה *He* ſonat, æquivalet Latino *h*. In fine vocis, ſi non habeat *Mappik*, vel expreſſum aliquod punctum, omnino ſilet: de quo cap. 8. reg. 2.

Latini quandoque omittunt ה in vocis principio, aut medio, ùt Ex. 1. *Alleluja*, 2. *Agar*, 3. *Juda*, 4. *Aaron*; cùm genuinè ſcribendum ſit, & dicendum: *Hallelu-jah*, *Hagar*, *Jhuda*, *Aharon*. Uſus iſte profluxit ex Græcis, qui hunc ſpiritum aſperum in medio vocis non admittunt.

1 הַלְלוּ־יָהּ 2 הָגָר 3 יְהוּדָה 4 אַהֲרֹן

Articulus III. De ח

*C*Heth ח eſt aſpiratio virtualiter duplex, quaſi *hh*. Græci ſolent hanc exprimere per χ *ch*, ad quod in ſono valdè accedit. Ita paſſim tranſfertur in Vulgata, ubi eſt tranſ-

lata-

Digitized by Google

In fine vocis ſæpè reperitur ה cum puncto medio הּ quod punctum non eſt *Daghes*, ſed *Mappik*, id eſt, *Eductor*, indicans ה tunc non ſilere, ùt aliàs ſilet in fine, non affecta puncto vocali. Hinc dicimus Ex. 6. *Bighdah*, *veſtis ejus* fœminæ, non *Bighda*.

1 דבר *Dabber loquere* 2 תזכור *Tizcor, recordaberis* 3 פור *Phur ſors*

4 ממנו *Mimmennu, ex eo* 5 תודע *Tivvadha cognoſceris* 6 בגדה

CAPUT VI.

De Litteris Gutturalibus.

HEbræi habent 4. Litteras, *Gutturales* dictas, quia in gutture formantur, ſcilicet עחהא Hæ ſæpius in tranſlata lingua non exprimuntur, cùm ſint Aſpirationes, quales Latini unam tantùm habent *h*; Græci duas, nempe *ſpiritum lenem*, & *aſperum*.

Interim hæ litteræ variant Hebrææ vocis ſcriptæ ſignificationem, ſicut ſignificatione differunt Belgica; *Hin* & *In*, *Aes* & *Haes*. Latina: *Os* & *Hos*, *Hara* & *Ara*. Exempli causâ: Hebræa vox, quæ Latinè poteſt ſcribi, ac pronuntiari *Or*, in Hebræo non eſt æquivoca; ſed ſi habeat א in principio אור eſt *Lux*; ſi ה הור eſt Mons; ſi ח חור eſt *Foramen*, *Caverna*; ſi ע עור *Pellis*.

Idem contingit in quibuſdam conſonantibus ſono affinibus, v.g. Iiſdem litteris ſcribitur in Vulgata *Sur* Gen. 20. 1. Num. 31. 8. & 4. Reg. 11. 6. Vox tamen hæc ſingulis illis locis alia eſt in Hebræo & litteris, & ſignificatione; nam primo nomen eſt cujuſdam de-

Digitized by Google

ferti

teſt in unam ſyllabam, ut dicamus Ex. 20. *Vajithpru*, *Et conſuerunt*, Gen. 3. 7. non *Vajithperu*.

Veteres ſolebant Scheva initiale ſonans legere juxta ſonum Vocalis ſequentis, ùt *Sodoma*, non *Sedoma*. *Tſabaoth*, non *Tſebaoth*. Exactiores Scheva ante י proferunt ut *I*, v. g. Exemplo 21. *Bijad*, *In manu*, pro *Bejad*.

Caput V.

De Daghes, Raphe, Mappik.

PUnctum meditullio litteræ impreſſum vocatur *Daghes*, quod initio vocis, & poſt Scheva quieſcens dicitur *Lene*, litteraſque תפכדגב roborat, hoc eſt, ex aſpiratis tenues facit, ut ſonent *b g d c p t*. Daghes lene initio vocis eſt infrà Ex. 1. 2. 5. 6. Poſt Scheva quieſcens Ex. 2. in ב & 6. in ד

Sine *Daghes* ſonant prædictæ 6. litteræ *bh gh dh ch ph th*, ùt פ Ex. 3. ד 5. ג 6. Tunc dicuntur *Raphata*, eo quod *Raphe* vocetur lineola, quæ ſolebat ipſis ſuperſcribi, dum aſpirandæ erant, ùt poſui Ex. 3. ſuper פ

In medio vocis, dum non præcedit Scheva quieſcens, *Daghes* prædictas 6. litteras & roborat, & ipſas, ac reliquas omnes quibus ineſt duplicat. Vocatur tunc *Daghes fortè*, quale eſt Ex. 1. in ב Ex. 4. in מ ac ג

Excipe ר & gutturales ſc. אהחע, quæ nullum *Daghes* recipiunt; niſi quòd in Scriptura bis reperiatur in א, paucis vicibus in ר

Punctum in medio litteræ ו tunc eſt *Daghes*, quando illud ו aliquo puncto Vocali afficitur, ùt Ex. 5. aliàs eſt merum punctum *Schurek*, ùt Ex. 3. & 4.

In

ſilet, v. g. Ex. 11. *Vbno, Et filius ejus*, non *Vbeno*

Sub Daghes (de quo cap. ſeq.) ſonat Scheva in medio vocis. Sic Ex. 12. *Limmedu Docuerunt*, non *Limmdu*.

Poſt Scheva. Sonat ſecundùm Scheva, dum duo ſe invicem in medio vocis immediatè ſequuntur, v. g. Ex. 13. *Elmeda Diſcam*, non *Elmda*.

Metegá. Scheva poſt *Meteg* ſonat, etiamſi præceſſerit punctum breve. Sic Ex. 16. *Vajehi-chen; Et fuit ſic*, non *Vajhi*. Ex. 15. *Miredoph, A perſequendo*, non *Mirdoph*. Varii tamen volunt ſilere Scheva, etiam poſt *Meteg*, ſub littera gutturali; unde dicunt Ex. 14. *Jichje Vivet*, non *Jicheje*.

Poſt punctum longum. Sic Ex. 17. *Jeſchuphecha, Conteret te*, Gen. 3. 15. non *Jeſchuphcha*. Intellige hoc, ſi non mediet Accentus Grammaticus, ut patet Ex. 8. & 9.

Sub prima duplicium. Sic Exemplo 18. *Hineni, Ecce ego*; non *Hinni*.

Sunt tamen qui volunt ſub prima duplicatarum litterarum ſilere Scheva; ſaltem ſi ibi ſonet, prout & dum alibi, ſemper celerrimè proferri debet, ita ut vix audiatur ſonus *E*.

Forſan etiam rectiùs ſileret ſub Daghes, quando littera cui Daghes eſt infixum, commodè poteſt conſtituere unam ſyllabam cum littera ſequenti; etenim quidni dicamus Ex. 19. *Mippne, A facie*, pro *Mippene*?

Idem eſt dum littera ſub qua eſt ſecundum Scheva congruè cum ſequenti coaleſcere po-

 teſt

Si poſſit. Nam aliquando natura litterarum obſtat, ut patet Ex. 3. *Vechi Et quia.* Ex. 17. *Jeſchuphecha Conteret te.* Etenim congrua pronuntiatio non patitur dici: *Vchi, Jſchuphecha*, per *V* & *J* conſonantes.

In fine: Si Scheva ſit ultimum vocis punctum, ſemper ſilet, etiamſi punctum longum præceſſerit, ut Ex. 4. *Lech Vade*, non *Leche*. 5. *Schau*, vel *Schav Mendacium*, non *Schave*.

Nota ultimam vocis litteram (niſi aliud punctum expreſſum habeat, ut ת Ex. 10. & ך Ex. 17.) ſemper habere Scheva, ſaltem ſubintellectum. Sic in Ex. 6. *Jam Mare*, ם virtualiter habet Scheva; prout etiam ר Exemplo 1. ך Ex. 2. Litteræ tamen אהוי in fine vocis non admittunt Scheva, ſaltem dum ibidem ſilent.

Licet conjunctim bina ſequantur. Proinde tunc etiam ſilet ſub littera penultima, etiamſi præcedat punctum longum; unde dicimus Ex. 7. *Jeſcht Bibet*, non *Jeſchete*, aut *Jeſchet*.

In medio Accentum poſt Grammaticum (qualis eſt omnis præter *Meteg*, de quo infra c. 9.) ſilet Scheva ſemper. Sic Ex. 8. *Artſa In terram*, non *Aretſa*. Ex. 9. *Kumna Surgite* vos fœminæ, non *Kumena*.

Et breve punctum (niſi præcedat *Meteg*, ut noto in fine Carminis 4.) Sic Ex. 10. *Zachartha Recordatus es*, non *Zacharetha*, quia ante ר affectam puncto Scheva, præceſſit *Pathach*, ſeu *A* breve ſub כ

Licet ו *Schurek* ſit punctum longum; tamen initio vocis, Scheva ipſum ſequens etiam ſilet,

Digitized by Google

ad litteram vicinam in unam ſyllabam. Ut ſciatur quando ſileat, quandonam verò ſonet; ſequentes 5. Verſus compoſui, quos illuſtrabo exemplis, breviq́ue Commentario.

Principie vocis (ſi poſſit) Scheva quieſcit;
Ac in fine, licèt conjunctim bina ſequantur;
In medio Accentum poſt Grammaticum, & breve punctum,
Sub Daghes ſonat in medio, poſt Scheva, Meteǵque
Poſt punctum longum, ſub prima dupliciuḿque.

ימס 6 שוא 5 לך 4 וכי 3 זאב 2 סתור 1

זכרת 10 קומנה 9 ארצה 8 ישת 7

יחיה 14 אלמדה 13 למדו 12 ובט 11

ישופך 17 ויהי-כן 16 מרדוף 15

ביך 21 ויתפרו 20 מפני 19 הנני 18

1 *Principio vocis.* Scheva ſub prima vocis littera ſilet, ſed cum ſequenti littera, ejuſq́ue puncto unam ſyllabam facit, ùt Ex. 1. & 2. Vulgata enim habet Num. 13. 14. *Sthur*, non *Sethur*; *Brie*, non *Berie*. Judic. 7. & Pſal. 82. *Zeb*, non *Ze-eb*. Num. 13. 16. *Guël*, non *Ge-u-el*. Si quis autem ibi efferret *E*, eſſet acſi quis Latinè diceret: *Geloria*, *teranſeat*, pro *Gloria tranſeat*. Quòd verò alicubi in Vulgata exprimatur *Scheva* ſub prima littera, ùt in *Beria*, *Seraphim*, *Bereſith*; fit ut ſcripto deſignetur hoc ſemipunctum, non quòd juxta proprietatem linguæ debeat proferri, unde S. Hieronymus in Commentariis ſuis ſcribit: *Breſith*, non *Bereſith*.

Si-

Digitized by Google

Exemplo 1. & 2. venit quidem ׳ ante ׃ expreſſum, & in 3. ac 4. ante ſubintellectum ſub ם ſed in omnibus mediat Accentus. In 5. non ſequitur ׃ poſt ׳ cùm א prout & ה nequidem ſubintellectum *Scheva* in fine vocis admittant. Prima ſyllaba Ex. 3. proferenda eſt *Ja*, non *Jo*, quia poſt ׳ ſubjectum litteræ י non ſequitur ׃ ſed alterum ׳

Itaque legendum 1. *Hajetha Fuit*, non *Hojtho*. 2. *Arrſa In terram*, non *Ortſo*. 3. *Jadam manus eorum*, non *Jodom*. 4. *Jamma ad mare*, non *Jommo*. 5. *Sa-na porta quaſo*, aut *Eleva nunc*, non *So-no*, aut *So-na*.

ARTICULUS V.

De Punctis deſignantibus U.

HOc ſignum ׃ litteræ ſubjectum vocatur *Kibbuts*. Sonat *U* clarum, ùt in Latina voce *Nullus*.

Schurek ſcribitur poſt litteram per *Vau* cum puncto in ventre וּ v. g. גוּר *Gur*, ſive potius *Gour Catulus*. דוּם *Dum*, quaſi *Doum Tacere*. Eſt enim *U* craſſum ac obſcurum, quale eſt in Latina voce *Pungunt*; unde æquivalet diphthongo *ou*, ſeu Græco *ȣ*.

CAPUT IV.

De Semi-puncto ׃ dicto Scheva.

SIgnum ׃ litteræ ſuppoſitum vocatur *Scheva*, meritoque dicitur *Semipunctum*, quia plerumque non ſonat; dum verò ſonat, ſemiplenum tantummodò ſonum habet; tunc enim valet *E* breviſſimum, ùt ſecundum in voce *Dextera*. Dum ſilet, trahit litteram, ſub qua ponitur, aut ſubintelligitur,

ad

Quando poſt ◌ֳ ſequitur littera cum *Scheva* tacito, vel expreſſo, ſonat *O* breve tantùm; & quidem tunc raro pingitur ◌ֳ ſed ordinariè merum ◌ָ Porrò ut ſciatur quandonam ◌ָ valeat *O* breve, quandonam *A* longum, Regula ſit hic Verſiculus:

Ante Scheva (Accentus ſi non mediat) ſit O Kamets.

Hoc eſt: Dum poſt litteram ſub qua eſt ◌ָ ſequitur alia habens ſub ſe vel expreſſè, vel virtualiter ◌ְ nec inter utramque medius eſt Accentus, ſemper ◌ָ valet *O* breve. Accipe exempla

אהלו 5 רנו 4 וירץ 3 כל־גוי 2 חכמה 1

In primo exemplo pronuntiandum *Chochma Sapientia*, non *Chachema*, quia ◌ָ præcedit ◌ְ expreſſum. In 2. 3. 4. præcedit ſubintellectum; nam virtualiter eſt in 2. ſub ל, in 3. ſub ץ, cùm aliud punctum hæ litteræ non habeant; adeoque legendum *Col-goi Omnis gens*: *Vajjarots Et cucurrit*.

In 4. exemplo *Scheva* eſt virtualiter ſub נ cùm enim iſta littera habeat *Dages forte* (de quo cap. 5.) eſt virtualiter duplex acſi ſcriberetur רנְנוּ, proinde dicendum *Ronnu Exultate*, non *Ranu*, aut *Rannu*.

Exemplo 5. Accentus quidem mediat; ſed ſpeciale eſt quod ◌ָ ante ◌ֳ ſemper ſit *O*, ideo legendum: *Oholo Tabernaculum ejus*.

Econtra dum vel non ſequitur *Scheva*, vel (ſi ſequatur) Accentus mediat inter ◌ָ & ◌ְ tunc ◌ָ ſonat *A*.

שא־נא 5 ימה 4 ירם 3 ארצה 2 היתה 1

Digitized by Google

valet Græcæ Vocali *η*, unde in ſono eſt duplicatum *E*.

Breve *E* ֶ vocatur *Segól*, ſonat ùt ſimplex, & clarum *E*. Diſcrimen inter *Segol* & *Tſere* patet ex ſequentibus monoſyllabis Belgicis:

אֵל *Eel Nobilis* אֶל *El Ulna* הֵפְט *Heeft habet* הֶפְט *heft eleva*

ARTICULUS III.
De Punctis ſonantibus I.

PUnctum unum litteræ ſubjectum vocatur *Chirik katon*, hoc eſt *Parvum*, quia valet *I* ſimplex. At litteræ ſubnotatum cum ſequenti *Jod* י valet *I* duplex, ſeu gravi voce prolatum. Dicitur *Chirik gadol*, id eſt, *magnum*.

ARTICULUS IV.
De Punctis valentibus O.

PUnctum deſignans *O* longum vocatur *Cholem*. Pingitur cum *Vau* poſt litteram hoc modo וֹ v. g. בּוֹ *Bo In eo*. Tunc vocatur: *Cholem plenum*; ſed *Cholem deficiens* quando littera ו omittitur, ſolo puncto ſupernè ad latus ſiniſtrum litteræ picto ſic מֹ v. g. in voce לֹא *Lo Non*. Sonus utriuſque eſt idem, nempe *O* magnum, ſeu *ω* Græcum; unde vox דּוֹר *Generatio* genuinè pronuntianda eſt *Door*, non *Dor*.

Hoc punctum ֳ compoſitum ex *Kamets* & *Scheva* vocatur *Camets-chateph* vel *chatuph*, hoc eſt *Kamets raptum*. Dum non ſequitur ipſum immediatè littera habens *Scheva* expreſſum, vel ſubintellectum, valet *O* breviſſimum, ùt in voce *Okálo* infrà exemplo 5.

Quan-

Digitized by Google

Excipe tres aſpirationes ח ה ע dum in fine vocis habent ſub ſe ˉ hoc eſt ſignum *A* brevis. Item ר dum ponitur initio vocis; nam dicimus 1. *Ruach Spiritus*, non *Rucha*. 2. *Schameach Audivit*. 3. *Eloah Deus*. 4. *Ubno*, *Et filius ejus*.

1. רוּחַ 2. שָׁמֵעַ 3. אֱלוֹהַּ 4. וּבְנוֹ

Caput III.

Nomen, & Valor Punctorum.

Articulus I.

De Punctis indicantibus A.

HOc punctum ˈ vocatur *Kamets*. Valet *A* longum, & quaſi duplicatum, ùt in his monoſyllabis Hollandicis: *Maar*, *Waar*. Profertur obſcurius, ita ut *A* habeat aliquid de *O* admixtum.

Breve, ſeu ſimplex *A* dicitur *Pathach*. Pingitur ſub littera ita ˉ Effertur clarè, ùt *A* in Belgicis: *Wat*, *Dat*.

Breviſſimum *A*, ſeu ˉ: vocatur *Chateph-Pathach* id eſt, *Pathach raptum*, quia celerrimè profertur; nempe tam citò ac modicè, quàm eſt poſſibile, prout etiam alia puncta mixta cum hoc puncto : ſic ſecundum *A* ſeu *Pathach* vix auditur in his triſyllabis יַעֲקֹב אַהֲרֹן *Jaakob*, *Aharon*.

Articulus II.

De Punctis æquivalentibus E.

HOc ſignum : vocatur *Scheva*, ſonat *E* breviſſimum, prout & hoc mixtum ∵ dictum *Chateph Segol*.

Punctum longum ·· dicitur *Tſere*. Æqui-

Digitized by Google

Scribunt Hebræi contrario modo quàm Latini, nam ipſis finitur verbum, & linea, ubi Latinis incipit, v. g. in voce טוב prima littera eſt ט *T*, non ב *B*, legendum proinde *Tob bonus*, non *bot*.

Caput II.

Signa, quæ loco Vocalium ſunt.

Hebrææ litteræ omnes conſonantes ſunt præter 4. Gutturales א ה ח ע quæ equidem Spiritus ſunt, non vocales. Quapropter inventa ſunt quædam ſigna, quæ litteris appoſita indicent, cum cujus Vocalis ſono, ſint pronuntiandæ.

Hæc ſigna propter figuram vocantur: *Puncta*; propter officium: *Motiones*, quia litteram quam afficiunt ad certum ſonum movent: ſunt autem ſequentia, æquivalentia iſti Vocali, ſub quâ hic collocantur

	A	E	I	O	U
Longum	◌ָ	◌ֵ	◌ִי	וֹ & ◌ֹ	וּ
Breve	◌ַ	◌ֶ	◌ִ	◌ָ & ◌ֳ	◌ֻ
Breviſſimum	◌ֲ	◌ְ & ◌ֱ		◌ֳ	

Igitur littera cui ſupponitur hoc ſignum ◌ֵ pronuntianda eſt cum Vocali *E*, at affecta iſto ſigno ◌ֻ proferenda eſt cum *U*, & ita de ceteris.

Littera nullo affecta puncto, in unam ſyllabam jungitur litteræ præcedenti punctum habenti, v. g. *Manus* יָד *Jad*, אוּר *Ur Ignis*, רֹאשׁ *Roſch Caput*.

In pronuntiatione ſonus puncti ſequitur ſonum litteræ; unde בְּךָ dicimus: *Becha in te*, non *Ebach*.

Digitized by Google

ALPHABETUM HEBRAICUM.

CAPUT PRIMUM.

Hebræorum Litteræ, & ſcribendi modus.

Nom.	Fig.	Sonus.	Nom.	Fig.	Sonus.
Aleph	א	*ſpiritus lenis*	*Lamed*	ל	*l*
Beth	ב	*b bh.*	*Mem*	מ ם	*m*
Gimel	ג	*g gh*	*Nun*	נ ן	*n*
Daleth	ד	*d dh*	*Samech*	ס	*ſ*
He	ה	*h*	*Ajin*	ע	*ſpir. denſiſſ.*
Vau	ו	*v conſona*	*Phe*	פ ף	*p ph f*
Zain	ז	*z ds*	*Tſade*	צ ץ	*tſ*
Cheth	ח	*hh ferè ch*	*Koph*	ק	*k*
Teth	ט	*t*	*Reſch*	ר	*r*
Jod	י	*j conſona*	*Schin*	ש	*ſch ſc ſ*
Caph	כ ך	*c ch*	*Thau*	ת	*t th*

Sunt itaque Hebrææ litteræ 22. Ex his 5. ſcribuntur duplici formâ, ordinariâ in medio, ac initio vocis, aliâ in fine. V. g. מִי *Mi quis?* non םי Econtra יום *Jom dies*, non יומ

Cave ne propter ſimilitudinem unam litteram ſumas pro alia, v. g. *B* ב pro כ *C*, *D* ד pro ר *R*, aut ך *C*. Similes etiam ſunt *M* ם & ס *S*. Item ה ח ת, ג נ, ו ז ן

Hebræorum litteræ dividuntur ſecundùm pronuntiationis organa in 5. claſſes:

- Gutturis א ה ח ע
- Palati ג י כ ק
- Linguæ ד ט ל נ ת
- Dentium ז ס צ ר ש
- Labiorum ב ו מ פ

Digitized by Google

dum talis linea ſub litterâ quapiam ſcribitur, tunc littera iſta valet tot millia, quot eâ abſente valeret unitates.

Tertiò ad indicandos numeros utuntur his ſex litteris majuſculis Ι, Π, Δ, Η, Χ, Μ, hoc modo: Ι ſignificat 1. Π 5. Δ 10. Η 100. Χ 1000. Μ 10000. Quatuor autem hæ poſteriores litteræ incluſæ cruribus litteræ Π ſuum numerum quintuplicatum exhibent |Δ| 50. |Η| 500. |Χ| 5000. |Μ| 50000.

Harum litterarum uſus in numeris fluxit ex eo, quòd ſecunda, tertia, quinta, & ſexta ſint initiales litteræ vocum ſignificantium præfatos reſpectivè numeros: Πέντε 5. Δέκα 10. Χίλιοι 1000. Μύριοι 10000. Quarta verò Η olim erat ſignum ſpiritus aſperi, quo notatur vox ἑκατὸν *Centum*. Prima autem Ι ipſâ ſuâ figurâ indicat *unum*.

CAPUT VIII.

Valor Abbreviationum.

PAſſim in libris Græcis occurrunt abbreviationes, & concatenationes litterarum; ut etiam hæ ſciantur, præcipuas exhibebo, ad ſingulas jungendo earum æquivalentiam.

αι valet	αι	ἐκ, ἐγ, ἀ.	ἐκ, ἐγ, ευ	περι, περ	περί, πρό
ἀπὸ	ἀπο	ιν	ιν	σπ, σε	σπ, σε
ἀρ	ἀρ	καὶ, κ̀	καὶ	στ, σθαι	στ, σθαι
αὐτοῦ	αὐτοῦ	κατὰ	κατα	ττ, τῆς	ττ, τῆς
αὐτῷ	αὐτῷ	μεν	μεν	υ, υι	υ, υι
γὰρ	γὰρ	μετὰ	μετα	υπ, ὑπ	υπ, ὑπ
γγ, γεν	γγ, γεν	μῶν	μῶν	[illegible]	[illegible]
δι, δια	δι, δια	ος, ου	ος, ου	ἀπο	ἀπο
ει, ξ	ει	παρα	παρα	χρ	χρ

ALPHA-

CAPUT VII.

De Notis numericis.

GRæci numeros exprimunt ſuis litteris, idque trifariam. Primò, ſed rariùs, juxta ordinem litterarum; ita ſcilicet ut α indicet *unum*, β, *duo*, γ *tria*, & ita deinceps uſque ad finem Alphabeti.

Secundò dividunt Alphabetum in tres claſſes, quarum prima eſt. *Monadum*, ſeu unitatum, ſecunda *Decadum*, ſive Denariorum; tertia *Hecatontadum*, ſeu Centuriarum. Singulæ Claſſes continent octo litteras, ſed novem ſigna numeralia; cùm enim non ſufficiant litteræ 24. interponunt tria ſigna extranea, unum videlicet in ſingulis claſſibus.

Prima claſſis excurrit ab α uſque ad ϑ incluſivè, ſed poſt ε interſeritur hoc ſignum ϛ, quod numericè valet *ſex*.

Secunda pergit ab ι uſque ad ρ excluſivè, & poſt π additur hoc ſignum ϟ indicans 90.

Tertia claſſis incipit à ρ, & pertingit ad ω, cui additur hæc nota ϡ ſignificans 900. Millia verò deſignantur hoc modo: ͵α 1000. ͵η 8000. Subjungo ſchema:

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40	50	60	70	80	90	100
α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	ϑ	ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	π	ϟ	ρ

200	300	400	500	600	700	800	900	1000	2000
σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω	ϡ	͵α	͵β

Numeros compoſitos notant conjungendo litteras, ſic ιά deſignat 11. κέ 25. ρά 101. σλέ 235. ͵ά 1001. ͵αμή 1048. ͵ητνέ 8355. ω͵αφξή 801568.

Nota quòd littera numeralis (prout etiam alia 3. ſigna numeralia) dum ſola eſt; vel ultima, dum plures ſunt, notetur ſuperius accentu acuto, ſed dum

Digitized by Google

Econtrariò corripiendam ſecundam in αὐλίοις, γαστέρες, etſi notetur Accentu acuto, idque ideo, quia, ut putant, hoc exigit natura pronuntiationis.

Hoc autem Alij negant, nec ſine fundamento. Etenim non videtur magis contra naturalem pronuntiationem ſi agiliter ac breviter efferatur ſecunda ſyllaba in ἔχοντες, κράτιστος, & ſimilibus: atque adeò Accentus à quantitate in pronuntiando diſtinguatur, quàm dum hoc fit in his Flandricis vocibus: *Búrgerſchap*, *Kónincksken*, *VVónderlijck*, *áchterclap*, *ónderſtant*, *íngeſtort*, quas voces (normam Latinæ Poëſeos attendendo) quoad ſecundam ſyllabam poſitione longas, ſi quis pronuntiando abbreviet, nemo Belgici ſermonis peritus illud vitio vertet; quin potius ab omnibus rideretur, ſi in illis vocibus mediam ſyllabam inter loquendum protraheret.

Maneat igitur uſus communis proferendi vocabula Græca conformiter ad Accentum, non ad quantitatem ſyllabæ, cùm poſſeſſione inveteratâ præſcripſerit, nec conſtet abuſum eſſe. Imo varietas accentuum, manente eâdem ſyllabæ quantitate, aliquando ſervit ad ambiguitatem ſignificationis tollendam, ut patet in voce Θεοτοκος, quæ ſi pronuntiando conformiter ad accentum in antepenultima, abbrevies penultimam: Θεότοκος, ſignificat id, quod Latinè: *Natus*, vel *Nata ex Deo*. Si verò accentum in penultima ponas, eamque protrahas: Θεοτόκος, eſt *Deum-pariens*: unde Neſtorius admittebat B. V. Mariam Θεότοκον, *Ex Deo natam*, juxta illud Jacobi 1. v. 18: *Voluntariè genuit nos verbo veritatis*, ſed negabat Θεοτόκον, *Dei genitricem*.

CAPUT

Digitized by Google

ſum aſcendentem, ut in vocibus θεός, λόγος, ἄνθρωπος, φιλόσοφος. Indicat ſyllabam cui incumbit acuendam, ſeu attollendam eſſe.

Accentus *Gravis* non niſi ultimæ vocis ſyllabæ ſupernotatur lineolâ à ſiniſtrâ dextrorſum deſcendente, v.g. ἀπὸ, τιμὴ. Indicat ſyllabam depreſsè, ſeu tono non aſcendente, proferendam eſſe. Diſcrimen inter Accentum *Acutum*, & *Gravem* exhibet vox Belgica: *Appel* diverſo ſono prolata: *Appél, appellatio, áppel, pomum.*

Accentus *Circumflexus* notatur lineâ prius dextrorſum aſcendente, dein deſcendente, hoc eſt circumflexâ. Indicat ſonum ſyllabæ, cui incumbit circumflectendum: uſus tamen penè omnium ſyllabam accentu circumflexo notatam, eodem tono effert, ac ſi haberet acutum. Circumflexus eſt in vocibus: βοᾶτε, ποιῶ.

Latini tam in Proſa, quàm Carminibus, ſyllabarum quantitatem obſervant, nimirum ut breves corripiant, longas producant quoad penultimam vocis ſyllabam; unde ſemper protrahunt mediam in *Revixit, dicentes, inſtructus*. Econtrariò corripiunt in *Æthiops, arctiùs, oppidò*.

Idem obſervant Græci in Verſibus ſuis, in quibus nullam Accentûs, ſed ſolius quantitatis rationem habuerunt etiam priſci Poëtę Gręci; ac proptereà Recentiores aliqui Grammatici prætendunt eſſe abuſum Veteribus incognitum, quod nunc in ſoluta oratione, ſyllabarum quantitate neglectâ, in pronuntiandis Græcis vocibus ſolus attendatur Accentus.

Itaque docent in loquendo protrahendam eſſe penultimam in ἔχοντες, ἄνθρωπος, & ſimilibus vocibus, quamvis Accentus ſit in antepenultima.

Econ-

Digitized by Google

ου.

Sonat *ου* non *of* aut *ov*; ſed *oou*.

ᾳ, ῃ, ῳ.

Reſtant tres Diphthongi, quæ hoc modo ſcribuntur: *ᾳ, ῃ, ῳ*. Has Aliqui putant efferendas ſic ut præter Vocalem principalem aliquantulum ſonent ſubnotatam *ι*, adeo ut Diphthongus *ᾳ* plenum ſonum habeat mixtum ex *α*, & *ι*, Diphthongus verò *ᾳ* integrè quidem ſonet *α*, at tantùm ſemiplenè *ι*. Alij autem putant has tantummodò ſonare vocalem ſuam *α, η, ω*.

CAPUT V.

De Spiritibus.

Græci duplicem habent *Spiritum*; *Aſperum* ſcilicet, & *Lenem*. *Lenis* nullum prorſus ſonum ſuperaddit litteræ cui apponitur, ſed potius notat hanc ſine aſpiratione proferendam eſſe. Scribitur ſupra litteram hoc modo *ἀ*.

Aſper ſcribitur hac formâ *ἁ*. Denotat aſpirandam eſſe litteram, quam afficit; æquivalet igitur Latinæ aſpirationi *h*.

Non ponuntur hi *Spiritus* umquam extra vocis initium, nec niſi ſuper Vocalem, aut Diphthongum, exceptâ *ρ*, quæ littera initio vocis ſemper habet *Spiritum aſperum*, atque etiam in medio, dum ipſam immediatè præcedit aliud *ρ*, quod tunc notatur *Spiritu leni*, v.g. *ῥήτωρ rhetor*, *πόῤῥω porrho, procul*.

CAPUT VI.

De Accentibus.

Græcis vocabulis penè omnibus ſuperſcribuntur *Accentus*; ſunt autem tres: *Acutus*, *Gravis*, *Circumflexus*.

Acutus notatur per lineam à ſiniſtrâ dextrorſum

Digitized by Google

Quis non rideat dicentem : *Theſavros*, vel *Theſafros* ; *Afra* vel *Avra* , *Paſlus* vel *Pavlus* , pro *Paulus*?

ει

Proferendū eſt ει non ut ι ſimplex, ſed cum ε mixtum, ut in vocibus *Pompeius*, *eia*, *hei* !

ευ.

Debet ευ pronuntiari *eu* , non *ef* , aut *ev*. Sic *Euſebius*, *Eurus* , *Teutones* , Lat. *Neuter*. Belg. *Neuſe Naſus*, *Reuſe Gigas* : ſic *Eucharistia*, non *Eſchariſtia*: unde nec propriè ſcribendum: *Evangelium* ; Euphonia tamen propter Vocalem ſequentem patitur ut pronuntiemus quaſi: *E-vangelium*.

οι.

Proferendum eſt οι non per merum ι, prout Aliqui faciunt, ſed compoſito ſono, ut in *Troia*, *Eúboia*, Gall. *Voyez*. Belg. *Hoy Stroy*. Tunc ex ſono poterunt diſcerni λιμὸς *Fames*, & λοιμὸς *Peſtis*, quas voces Quidam loquendo confundunt, pronuntiantes utramque eodem prorſus ſono: *Limos*.

ου.

Hujus ſolius Diphthongi ſonus ſine vitio manſit ; valet autem Latinum , ſeu craſſum U, quale eſt in voce *Plumbum*, & clarius in Gallicis *Nous*, *Vous* , & Belg. *Douck*, *Houck*.

υι.

Valet υι, ſive υ u, & ι juncta in Diphthongum, ſicut Galli dicunt in *Puis* , *lui*. Latini in Monoſyllabis : *Qui* , *cuî* , *huic* : ideoque ἁρπυία efferendum eſt *Harpuia*, non *Harpia*.

ηυ.

Hæc Diphthongus non debet pronuntiari, *if*, nec *ef*; ſed *eeu*, ſicut in Belg. *Eeuvvigheyt Æternitas*.

ωυ. Sonat

Digitized by Google

nuntiandas eſſe ſtatim dicemus. Eſt igitur *υ* quoad ſonum legitimum U clarum, quale eſt in voce. *Dominus*, ſicut pronuntiatur à Gallis & Belgis; non verò ut effertur à Germanis, Hiſpanis, Italis.

CAPUT IV.

De Diphthongis.

D*Iphthongi*, hoc eſt *Biſona*, ex ipſo ſuo nomine ac duabus Vocalibus, ex quibus conſtant, mixtum ſonum in unâ ſyllabâ habere debent; itaque (omiſſis tantiſper ᾳ, ῃ, ῳ) pronuntiandæ ſunt conformiter ad ſubjectum ſchema.

αι, αυ, ει, ευ, οι, ου, υι, ηυ, ωυ.
ai, au, ei, eu, oi, ou, ui, eeu, oou.

Non verò ut abuſive Quidam:

e, áf, i, ef, i, i, if, of.

Si corruptum pronuntiandi morem ſequamur vocem εὔβοια non efferemus: *Euboia*; ſed: *Efvia*, & εὐζωΐ *Efvij*; ex quâ vel ſolâ voce patet, quantopere præſtet retinere naturalem pronuntiationem, & ita proferre Græcas voces, ut ſingulæ, ſaltem Vocales (quod reſtringo propter ſuperius dicta de *γ* ante certas conſonantes) in quovis occurſu nativum retineant ſonum.

αι

Hæc itaque Diphthongus non deberet proferri *ε*; ſed *a*, & *i* mixtim, ſicut Germani, & Belgæ *Kaiſer* Καῖσαρ, Latini: *Trajanus*, *Maius*, *Biſcaia*, *Ajax*, *Aio*. Galli in prima ſyllaba vocis: *Ayez*. Uſus tamen præſcripſit, ut apud Latinos & Græcos Diphthongus *αι* ordinariè per *ε* efferatur.

αυ.

Ex vocibus *Aura*, *Theſaurus*, & ſimilibus patet Diphthongum *αυ* ſonare *au*, non *af*, vel *av*.

Quis

Hinc ε vocatur, & eſt ε ψιλὸν, hoc eſt *E tenue*; nimirum quia η eſt E craſſum, & virtualiter duplex. Hoc etiam convincunt omnia nomina Latina, in quibus eſt E longum, quæ Græci ſcriptores antiqui ſemper expreſſerunt per η; prout etiam Hebraïca, quæ Veteres per E craſſum, ſeu ‥ *Tſere* efferebant, ut ἀμὴν, σὴθ, ἰωσὴφ, Μιχαήλ.

Idem demonſtrant nomina Græca tam propria; quàm appellativa, v. g. *Poëta*, *rhetor*, *proſelytus*, *eccleſia*, *eleëmoſyna*, *theſaurus*. ποιητὴς, ῥήτωρ, προσήλυτος, ἐκκλησία ἐλεημοσύνη, θησαυρός.

Docet idipſum claris terminis S. Auguſtinus lib. 2. Doct. Chriſt. cap. 24. *Beta uno eodemque ſono apud Græcos litteræ, apud Latinos oleris nomen eſt.* Si β ſonaret V, & η I, hoc eſt ſi vox βῆτα foret pronuntianda: *Vita*, non eſſet *Beta* apud Græcos litteræ nomen; eſt autem teſte Auguſtino, ergo Græcum βῆτα non eſt pronuntiandum: *Vita*, ſed: *Beta*. Confirmatur ex eo, quòd aliàs ἡμῶν, & ὑμῶν *Noſtrûm*, & *Veſtrûm* ſono convenirent; cum illis, contra quos agimus etiam υ ut ι pronuntient.

Articulus III. *de* Υ υ.

PAſſim nunc Υ υ profertur ut ſono non differat ab I, cum tamen ſit υ clarum ac ſimplex; quapropter etiam vocatur υ ψιλὸν; hoc eſt *u tenue*, ut diſtinguatur contra ου ſive U craſſum ac obſcurum, quale eſt utrumque in voce *Pungunt*, & cujus ſonum genuinum exhibent Gallica: *Nous*, *Vous*. Accedit ergo υ magis ad ου, quàm ad ι, ut teſtantur Grammatici veteres.

Æquivalet proinde Græcum υ Hebræo ⸪ *Kibbuts*, quod inſuper patet ex Diphthongis αυ, ευ, ου, quas nemo effert *ai*, *ei*, *oi*; ſed *au*, *eu*, *ou*, pro-

Digitized by Google

ſinit. Nec ex conjugatione verborum facilè patebit; ſed fortè ex Dialectis.

CAPUT III.

De Genuino ſono litterarum β, υ, ν.

Articulus I. de B β.

PRima inter controverſi ſoni litteras eſt B β, quam Antiqui omnes protulerunt integro ſono, qualem format ovis balando: *Bee*; ita enim hujus litteræ ſonum deſcribunt priſci Grammatici Græci. Debet igitur efferri, ſicut B efferunt Belgæ ac Germani; non blæſè inſtar Conſonantis V, prout Multi abuſivè faciunt.

Hæc ergo littera *Beta* vocari debet, non *Vita*; quod etiam conſtat teſtimonio S. Auguſtini Articulo ſequenti allegando; neque verò uſquam Græci nomina Hebræa, vel Latina, in quibus eſt B, aliter quàm per β, ſcripſerunt; neque Latini umquam nomina Græca in quibus eſt β, ſcripſerunt per V.

Græci tamen, cum carerent conſonante V, ſeu nullam litteram ei æquivalentem haberent, nomina Latina, item Hebræa in quibus eſt V, vel ו ſcripſerunt ſæpiùs quidem per diphthongum ου, ut *Valerius* οὐαλέριος, *Vandali* οὐάνδαλοι; quod ſono penè coïncidit cum Belgico W. *VVandali*, Aliquando tamen ſcripſerunt per β tamquam per litteram ſono affinem, & proximè accedentem ad V, ſive ו, v.g. דוד *David* Δαβὶδ, *Virgilius* Βιργίλιος.

Articulus II. de H η.

ANtiquioribus omnibus H η non I ſonuit, ſed craſſum E, ſicut primum in Gallico *être*, *hêtre*, & in his monoſyllabis Belgicis: *Leeſt* lego, *VVeeſt* ſis.

Hinc

Dicemus in Alphabeto Hebraïco cap. 7. puncto 4. litteram ז *zain* æquivalere Latinæ *z*, atque adeò eſſe virtualiter duplicem, nempe *ds*. Idem dicendum de Græca ζ. Quamvis fortè hæc æquivaleat paſſim quidem *ds*, aliquando tamen τς, ſubinde θς; prout & Græcum ψ, ordinariè valet πς, ut ſtatim notavimus, at quandoque βς, aut φς. Similiter ξ ut plurimum facit κς, nonnumquam equidem γς, interdum etiam χς. Ita enim circa has tres Græcas litteras obſervavit Eximius D. Martin S.T.D. Linguæ Græcæ Profeſſor. Verba ipſius ſubjicio:

Novem ſunt Conſonantes mutæ, ex quibus ſunt tres tenues, treſque aſpiratæ, & tres mediæ, nempè ſequentes: Tenues π, κ, τ.
Mediæ β, γ, δ.
Aſpiratæ φ, χ, θ.

Tres ſunt Conſonantes duplices: ζ, ξ, ψ, æquivalentes duabus Conſonantibus, in hunc modum: Prima ζ æquivalet ſingulis mutis in tertio ordine perpendiculari ſupra poſitis, adjunctâ litterâ ς, ſcilicet τς, δς, θς. *Secunda ξ æquivalet ſingulis mutis ſecundi, ſeu medij ordinis perpendicularis, nimirum* κς, γς, χς. *Tertia æquivalet ſingulis mutis primi ordinis, videlicet* πς, βς, φς.

Iſta æquivalentia colligitur ex reſolutione duplicium in flexione, ſeu declinatione nominum, & conjugatione verborum, ac in Dialectis.

De ξ quidem exempla reperio, v.g. λύγξ *Lynces*, φρὺξ *Phryges*, ὄνυξ *Onyches*. Similiter in ψ αἰθίοψ *Æthiopes*, ἄραψ *Arabes*, γρὺψ *Gryphes*: at de ζ nuſquam ex ~~de~~ flexione nominum id colligitur, quia nulla vox Græca in eam litteram de-

 finit.

Digitized by Google

talis, qualis ab omnibus profertur ante *a*, *o*, *u*; atque ante Conſonantes in Latinis vocibus: *caro*, *cor*, *cupit*, *cranium*, *pectus*, *clarus*.

Φ φ

Littera Φ φ eſt *p* aſpirata, ſeu *ph*, vix (ſi vel vix) ſono differens, à Latina *f*. Solummodo uſu venire ſolet φ, ſeu *ph* in vocibus Hebræis & Græcis, ut פור *Phur*, *ſors*, φιλόσοφος *Philoſophus*. Non tamen in omnibus; nam à φήμη ſcribimus Latinè: *Fama*, non *Phama*, & à φυγὴ *Fuga*, non *Phuga*.

Ω ω

Eſt ω μέγα ipſo nomine *o magnum*, ſive duplex, prout etiam ipſius figura indicat; ſonat proinde ut *o* protractum, & in unâ ſyllaba duplicatum, ſicut in Hollandicis: *Ooghe oculus*, *Hooren audire*, ac Gallicis: *Nôtre*, *Vôtre*. Quanta ſit inter ο, & ω quoad genuinum ſonum differentia manifeſtant ſequentia vocabula Belgica Hollandorum more pronuntiata: *Cop caput*, *Coop emptio*. *Rot putridus*, *Root ruber*. *Lot ſors*, *Loot plumbum*.

Ξ ξ

Litterâ Ξ ξ ſeu *x* carere poſſemus in omni linguâ, cum æquivaleat his duabus *cs*, quas proinde ejus loco ſcribere poſſemus, prout ſcribunt Hebræi, v.g. in nomine ארפכשד *Arphacſad*, quod nos eodem ſono proferimus, quamvis ſcribamus: *Arphaxad*.

Ψ ψ

Idem dicendum de littera ψ, quę pariter æquivalet duabus Latinis, nempe *ps*, ut αἰθίοψ *Æthiops*, ψαλμὸς *Pſalmus*. Aliquando tamen hæc littera Latinè redditur per *bs*, ut in voce ἄραψ *Arabs*.

Digitized by Google

Z ζ Dice-

CHRS. Similiter in benedicto nomine *Ieſus* contracto IHS, media littera non eſt Latinorū *h*, cùm illâ careat hoc nomen tam Græcè, quàm Latinè ſcriptum, ſed eſt Græcorum *e* craſſum, hoc eſt η, nam ad longum ſcribitur: Ἰησοῦς.

In Minuſculis poſui hinc inde pro una littera plures figuras, quia ea varia eſt, quandoquidem nunc hâc, nunc illâ pro libitu ſcribentis exprimantur. Sigma tamen, ſeu S in fine vocis patitur hanc ſolam figuram ς.

CAPUT II.

GRæcarum litterarum ſonum talem eſſe puto, qualem capite præcedenti ad unamquamque litteris Latinis adnotavi; neque notabilis de ſono earum controverſia eſt, præterquam de his tribus β, η, υ, de quibus capite ſequenti; hoc pauca notanda ſunt circa aliquas alias litteras; itaque

Γ γ

Non eſt efferenda littera γ ſicut Galli, & multi alij pronunciant litteram *g* ante *e*, & *i*, ſed ſicut omnes illam efferunt ante *a*, *o*, & *u*, v. g. *Goliaht*, *garrit*, *guſtus*.

Uſus inveteratus habetur γ præcedens aliud γ, aut ξ, vel χ, aut κ, ſonet in *n*, v. g. ἄγγελος *Angelos*, non *Aggelos*, λύγξ *Lynx*, ἔγχος *enchos*, *haſta*, ἐγκαίνια, *encænia*, ἄγκυρα *Anchora*.

Ι ι

Græcorum Ι ι, ſemper eſt Vocalis, atque adeò nunquam ſtridulè proferenda eſt, ſicut aliqui pronunciant Benedictum nomen Ιησους, quaſi eſſet *Sieſus*.

Κ κ

Græcum Κ κ valet tum Belgicum K, tum Latinum C. Litteræ κ genuinus ſonus videtur eſſe

 talis,

Digitized by Google

ALPHABETUM GRÆCUM
CAPUT PRIMUM.
LITTERÆ GRÆCÆ.

Nomen	Figura		ſonus	Nomen	Figura		ſonus
Alpha	Α	α	a	Ny	Ν	ν	n
Beta	Β	β ϐ	b	Xi	Ξ	ξ	x
Gamma	Γ	γ ſ	g	O micron	Ο	ο	o
Delta	Δ	δ	d	Pi	Π	π ϖ	p
Epſilon	Ε	ε	e	Rho	Ρ	ρ ϱ	r
Zeta	Ζ	ζ ϛ	z	Sigma	Σ	σ ς	ſ s
Eta	Η	η	ee	Tau	Τ	τ ꞇ	t
Theta	Θ	ϑ θ	th	Y pſilon	Υ	υ	y u
Iota	Ι	ι	i	Phi	Φ	φ	ph. f
Kappa	Κ	κ	k, c	Chi	Χ	χ	ch
Lambda	Λ	λ	l	Pſi	Ψ	ψ	pſ
My	Μ	μ	m	Oméga	Ω	ω	oo

HAbent itaque Græci litteras 24. litteræ tamen ϛτ dum in voce aliquâ Græcâ conjunctim occurrunt, ſolent exprimi hoc ſigno ϛ, ut ϛόμα υς ϛις, Χριϛὸς *Chriſtus.* Poſſet proinde tamquam vigeſima quinta addi æquali jure, quo litteris annumerantur tres duplices ζ, ξ, ψ.

Majuſcularum figura, quoad multas Græcas cum majuſculis Latinis convenit; ſed benè notandum quòd eadem figura Η valeat Græcis *e* craſſum, ſeu *ee*, quæ Latinis deſignat *h*. Item illa Ρ Græcis denotat *r*, Latinis autem *p*. Quæ verò Latinis eſt *x*, Græcis eſt *ch*, nimirum Χ.

Hinc antiquitus nomen Chriſti depingebatur abbreviatum hâc formâ XPS. in qua duæ primæ litteræ ſunt Græcæ, non Latinæ, adeoque prima valet *ch*, ſecunda *r*, quaſi Latinæ ſcriberetur: CHRS.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

PLeroſq; à ſtudio Hebraïcæ Linguæ, atque adeo ab ejus utiliſſimâ cognitione deterret litterarum figura, & diſſimilitudo à litteris ac linguis nobis minus peregrinis.

Vt remora iſta tollatur hoc ſervit Opuſculum, per quod levi ſtudio litterarum notitia, & ſcientia legendi poteſt obtineri, quâ habitâ, facilis eſt aditus ad plenam Hebraïcæ linguæ ſcientiam, quæ non eſt adeò obtentu difficilis, quàm ſibi imaginantur Aliqui, ſed minori moleſtiâ hæc lingua poteſt addiſci, quàm Græca, aut etiam Latina, nam paucas habet vocum inflexiones, & ſyntaxim valdè ſimplicem.

Quod ſi quis non deſideret ad plenam linguæ ſanctæ pervenire notitiam, ſaltem hic libellus ipſum docebit Hebraïcas voces legere, quod & jucundum eſt, & honorificum, præſertim Theologo. Eſt inſuper utile tum pro S. Scripturæ intelligentia (cum ſaltem tunc Lexica Hebraïca conſuli poſſint) tum pro legendis libris de Scriptura tractantibus, in quibus non rarò interſeruntur voces Hebraïcæ. Tum pro cavendis Hæreticorum fraudibus & irriſionibus; hi etenim ſub Hebræi Textus prætextu, indoctis ſæpè imponunt, & Catholicis Theologis paſſim exprobrant, quod ne unam ſciant Hebræam litteram.

Quia etiam Multi Græcas litteras ignorant, quæ tamen non rarò in libris Latinis occurrunt, Varij quoque aliquas Græcas litteras non efferunt genuino ſono; præmiſi atque expoſui Alphabetum Græcum, quo unuſquiſque ſine alio Magiſtro facili negotio poterit addiſcere Græcas Litteras, & eorum valorem, ac rectam legendi, atque pronuntiandi methodum.

ALPHA-

FACULTAS.

Enore præſentium facultatem concedo A. V. P. F. HENRICO DE BUKENTOP *S. Theol. Lectori Iubilato, & Provinciæ Germaniæ Inferioris Definitori, ut, ſervatis de jure ſervandis, prælo committat* Alphabetum Græcum & Hebraïcum, *à ſe compoſitum. Datum Lovanij* 10. *Aprilis* 1704.

F. ISAACUS SCHRYNMAECKERS
Miniſter Provinciæ.

APPROBATIONES.

Lphabetum Græcum & Hebraïcum V. A. P. F. HENRICI DE BUKENTOP, *S.Theol.Lect. Iubilati, & Provinciæ noſtræ Definitoris, dignum judicamus, quod ab utriuſque linguæ ſacræ Studioſis avidius deſideretur, atque legatur.* 30. *Aprilis* 1704.

F. JOANNES VAN INGEN.

F. MATHIAS GROUVVELS,
Ord. FF. Minorum Recoll. S.Scripturæ Lectores.

UTrumque Alphabetum iſtud Hebraïcum & Græcum cenſeo rectè diſpoſitum & explicatum, atque utile fore, ut plures ad utriuſque linguæ notitiam adducantur. Dabam Lovanij 28. Aprilis 1704.

FRANCISCUS MARTIN *S.T.D. & Regius S.Scripturæ Profeſſor, ac Theol. Facult. Regens, nec non Linguæ Græcæ Buſlidianus Interpres publicus.*

Idem Cenſeo JOANNES GUILIELMUS VAN HOVEN linguæ Ebraïcæ in Academia Lovanienſi Profeſſor.

ALphabetum hoc duplex publicâ luce dignum cenſeo, quo Theologi omnes Hebraïca atque Græca elementa diſcant, & ita ad ſtudium ac notitiam utriuſque linguæ excitentur & perveniant. Lovanij 30. Aprilis 1704.

PETRUS MARCELIS *S. T. D. & Profeſſ. Apoſtolicus ac Regius Librorum Cenſor per Germaniam Inferiorem.*

Digitized by Google

ALPHABETUM
Græcum & Hebraïcum

QUO

Singularum litterarum utriuſque linguæ
Figura proponitur,
Genuinus ſonus adſtruitur,
Legendi Methodus traditur.

AUCTORE

F. HENRICO DE BUKENTOP

Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum.
S. Theologiæ Lectore Jubilato, Provinciæ
Germaniæ inferioris Definitore.

LOVANII,
Typis Viduæ Henrici van Overbeke.
Anno 1704.

Digitized by Google

FACULTAS.

T*Enore præſentium Facultatem concedo A.* V. P. F. HENRICO DE BUKENTOP *S. Theol. Lectori Jubilato, & Provinciæ Germaniæ Inferioris Definitori, ut, ſervatis de jure ſervandis, prælo committat Libellum à ſe compoſitum* De ſenſibus S. Scripturæ, & Cabala Judæorum. *Datum Mechl.* 12. *Martii* 1704.

F. ISAACUS SCHRYNMAECKERS
Miniſter Provinciæ.

Approbatio Theologorum Ordinis.

S*Criptura S. ſenſus, Scripturæ anima eſt : vis ergo vivere in Scripturis Sanctis, diſce prius quid & quotuplex ſit Scripturæ ſenſus. Hoc diſertè tibi demonſtrat* V. A. P. F. HENRICUS DE BUKENTOP *S. Theol. Lector Jubilatus ac Provinciæ Infer. Germ. Diffinitor, qui rectè de Scripturæ ſenſibus, & ſubtiliter de Cabaliſticis ſentit*

Datum Lov. 20. *Martii* 1704.

F. Ludov. de Pottere S. T. L.
F. Ottho Van Dalen S. T. Lector.
F. Matthias Grouwels S. Script. L.

CENSURA.

QUidquid in Scriptura docetur Veritas, quidquid præcipitur Bonitas, quidquid promittitur Felicitas eſt, *ait Hugo de S. Victore. Ut Veritas intelligatur, Bonitas diligatur; Felicitas obtineatur, plurimum conducet Tractatus de Senſibus S. Scripturæ, & Judæorum Cabbla, compoſitus à* V. A. P. Henrico De Bukentop *S. Theologiæ Lectore Jubilato ac Provinciæ Diffinitore, quare ipſum prælo dignum cenſeo hac* 21. *Martii* 1704.

PETRUS MARCELIS S. T. D.
& Prof. Apoſtolicus ac Regius Librorum Cenſor per Germaniam Inferiorem.

Digitized by Google

INDEX

CAput I. *De ſenſu S. Scripturæ in Generali.* Fol. 1
Cap. II. *Multiplex Diviſio Senſûs S. Scripturæ. Varius quoad hoc loquendi modus Antiquorum, & Recentiorum.* 7
Cap. III. *De Senſu Litterali, & bina ejus Specie, Proprio & Metaphorico.* 13
Cap. IV. *An omnis Scripturæ locus habeat Senſum Litteralem? An unus plures, &c.* 21
Cap. V. *Diviſiones variæ Senſûs Litteralis.* 41
Cap. VI. *De Senſu Myſtico, & ejus nominibus.* 44
Cap. VII. *An detur in Scriptura Myſticus Senſus.* 52
Cap. VIII. *Senſus Parabolarum, ac Propheticarum Viſionum & factorum, an ſit Myſticus, an Litteralis.* 62
Cap. IX. *De Triplici ſpecie Senſûs Myſtici.* 71
Cap. X. *In quibus Scripturæ locus reperiantur ſenſus Myſtici.* 78
Cap. XI. *An & qualiter ſenſus Myſticus valeat ad probandum.* 87
Cap. XII. *Uter præſtantior ſit Myſticus ſenſus an litteralis.* 92
Cap. XIII. *Quomodo inveſtigandus ſit ſenſus Scripturæ tum litteralis, tum Myſticus.* 94
Cap. XIV. *De Notitia Hagiographorum quoad ſenſus Scripturæ, quam ſcripſerunt.* 99
Cap. XV. *De Senſu Accommodatitio.* 103

DE CABALA.

Articulus I. *Quid Cabala.* 117
Art. II. *De primo Cabalæ genere.* 119
Art. III. *De ſecundo genere Cabalæ.* 122
Art. IV. *De tertio genere Cabalæ.* 138

F A-

Digitized by Google

ARTICULUS IV.
De Tertio Genere Cabalæ.

72. RESTAT aliquid dicendum de tertio genere Cabalæ; quæ paſſim vocatur *Cabala practica.* Ea ars eſt inveſtigandi occulta, aut futura, vel quædam mirabilia operandi, ex ſcriptione, vel prolatione verborum S. Scripturæ. Fit hoc dupliciter, nimirum vel ſimpliciter invariatis verbis, ſed certis ſuperſtitionibus adhibitis; vel maximè variè diſtortis verbis, & litteris, præſertim Hebraicis, collocatis, pictis &c.

73. Hæc Cabala tamquam peſſima ſuperſtitio, & aperta magia, continens implicitum cum dæmone pactum, ab omnibus probis meritò vituperatur, quam etiam Eccleſia juſtiſſimè damnavit; nihil enim eſt aliud quàm magicus abuſus tum verborum S. Scripturæ, tum Cabalarum primi, & ſecundi generis, quæ propter hanc peſſimam malè audiunt.

74. De hac Sixtus Senenſis S. Biblioth. lib. 2. *Falſa atque impia Cabala eſt ementitum quoddam Judaicæ traditionis genus, quod improbi quidam Judæi à Moyſe ex Patribus uſque ad ipſos emanaſſe dicunt, innumeris vanitatibus ac falſitatibus refertum, nihil aut parum à Necromantia diſtans: explicat enim ſecreta Dei nomina, ipſorumque virtutes occultas, quibus ad ligandos dæmones, & ad præſtigia facienda Necromantici nonnulli apud Judæos utuntur, aſſerentes Chriſtum noſtrum hujus artis ope omnia ſua miracula ediſſe. Hoc igitur ſuperſtitionis genus Cabalam impropriè appellatum, Eccleſia proximis annis meritò damnavit.*

75. Serarius in Joſue dum de Cabala bona egiſſet, addit: *Eſt ea Cabala per Judæorum Rabbinos variè ducta, & nonnullis interdum nugis, & erroribus depravata, ut patet primò ex iis, quæ de miraculis per certos characteres, & voces, ac litteras faciendis docent Capnionem* lib. 3. Cabalæ.

GLORIA PATRI ET FILIO ET SPIRITUI S.

Digitized by Google

Patres, ſæpiuſque ſubſerviat pulcherrimis conceptibus moralibus, ac Fidei Myſteriis proponendis, & mirâ ſuavitate ingerendis: Ordinariè tamen eruta per hanc Cabalam Myſteria, & conceptus parvam ſoliditatem habent ex illa Scriptura ex qua ſic deducuntur.

70 Aliunde etiam maxime per hanc methodum Judæi abutuntur S.Scripturâ, dum per varias reſolutiones dictionum, combinationes litterarum, Anagrammatiſmos, Arithmeticas obſervationes, quidquid ebrii ſomniant, vel Phrenetici delirant, tamquam Divina Myſteria proferunt, & graviſſimos errores, aniles nugas, horrendas balſphemias confingunt, quaſi talia ita involutè doceret Scriptura, ipſi autem ex mente Dei, ac Majorum traditione legitimè eruerent. Sufficiat exemplum unum: Dulciſſimum nomen Jesus, purè Hebraïcè ſcribendum יהושע *Joſua*, hoc eſt *Dominus Salvator*, Syriacâ, ſeu alteratâ Hebræorum linguâ, per Craſim & Metatheſim ſcriptum eſt ישוע *Jeſua*, ac deinde, ut varii aſſerunt, etiam ישו *Jeſu.* Hunc poſtremam ſcriptionem depereunt recentiores Judæi, tum ut Chriſto Domino non tribuatur nomen *Salvator*, quod exigit in fine litteram ע, tum ut illud Cabaliſticè per Acroſticha reſolvant ו ש י & ita forment hæc tria verba וזכרו שמו ימח *Jimach ſchemo, vezichro. Deleatur nomen ejus, & memoria ejus.* Quis Chriſtianus tantam blaſphemiam non execretur? Quis hoc à Spiritu S. per benedictum nomen *Jeſus* indicatum ſuſpicabitur, niſi perfidus quiſpiam Judæus?

71. Placet proinde judicium Sixti Senenſis dum de hac Cabala ſcribit lib. 3. S.Biblioth. *Ut eos non damno, qui moderatè & aptè hæc ſuis locis interdum accommodant, ita eos non laudo, qui eadem anxiè nimis, & inutili, ac prorſus inani labore proſequuntur, cùm me non prætereat ex hoc fonte emanaſſe prodigioſam Valentinianorum, & Gnoſticorum inſaniam, qui ut Ireneus, & Epiphanius, uterque in primo adverſus Hæreſes libro oſtendunt, omnem Divinam Scripturam juxta hanc elementorum diſcuſſionem examinantes, inaudita novorum Hæreſeon portenta invulgârunt.*

A R-

cientium quàm centum, hoc modo: Nomen proprium litteræ ב eſt בית *Beth*, in qua voce eſt ſola littera *Thau* ת excedens valorem centenarium in numeris unde:

In בית *Beth* eſt ת valens	400.
In ר *Reſch*. ריש eſt ר valens	200.
Item ש valens	300.
In א *Aleph* אלף eſt ף finale valens	800.
In ש *Shin* שין habetur ש valens	300.
Item ן finale valens	700.
In ת *Thau* תו habes ת valens	400.
His junge ר ש ת ante numerata, ſeu	900.
Tota ſumma erit præciſè	4000.

67. Hic autem eſt veroſimilor numerus annorum à condito mundo ad Incarnationem, aut ſaltem ad Baptiſmum ſeu manifeſtationem Salvatoris. De hoc Sixtus Senenſis Biblioth. Sacræ lib. 2. Verbo: *Helias Stratonicus Cumarum Epiſcopus in Collectaneis ſuis citat ex libro Traditionum Heliæ Prophetæ prædictionem quamdam de mundi conſummatione, quæ futura ſit anno ſex milleſimo ab ejus creatione. Arbitror hanc eſſe traditionem illam, quæ in Thalmudicis Hebræorum voluminibus legitur in Tractatu Sanedrim cap. Helech. his verbis: Sex millia Annorum erit mundus, & iterum deſtruetur, duo millia inanitatis, duo millia Legis, duo millia dierum Meſſiæ.* Intellige omnia præterpropter.

68. Poteſt id ipſum (ſi ſpeculationi meæ detur locus) minus fortè haberi computando ſolas litteras vocum בר אשית *Bar Aſchith, Filium ponam.* Si initiales utriuſque vocis ſumantur ut Majuſculæ, ſeu majores, hoc eſt quatenus denotant millia, nempe ב̈ 2000. א̈ 1000. Item ר. 200. ש 300. ת 400. י 10. ſumma omnium erit 3910. Sed ſi י 10. in ſe multiplices, ut ita valeat 100. habebis præciſè 4000.

69. Circa hoc ſecundùm Cabalæ genus notandum, quod non poſſit univerſim rejici, quandoquidem, ut vidimus, tali Cabalâ utantur & S. Scriptura, & Sancti

Pa-

miſra. Ut multiplicetur dominatio, ſeu *imperium*. Has voces Hebræus ille Doctor myſticè ita exponit, ut clariſſimè deſignetur tum nomen, tum eximia dignitas matris iſtius Parvuli Dei hominis nobis naſcituri, nimirum למרים שרה ב *Le Mirjam Sara B. Ex Maria Domina*, ſeu *Imperatrice V.* hoc eſt *Virgine*. In primis eſt hic Anagramma in litteris, ſeu *Temura* prorſus exacta, niſi quod pro duabus litteris ה ה quarum quævis ſeorſim valet Arithmeticè 5. adeoque ſimul 10. ſubſtituerit י J quæ etiam numericè facit 10. in quo eſt *Gematria*. Denique *Notariaca* eſt in eo, quod per unicam litteram ב B. Acroſtichè intelligat integrum nomen בתולה *Bethula Virgo*.

Varii inſignes Doctores putant iiſdem Hebraïcis verbis per *Notariacam* à Deo indicatum, Parvulum iſtum naſciturum ex Virgine prorſus integra, eo quod in voce לםרבה *Lemarbe Ut multiplicetur*, præter omnem uſum, & Regulas ſcriptionis Hebraïcæ, habeatur in medio vocis non littera מ M aperta; ſed ם clauſa, quâ figurâ numquam ſcribitur, niſi in fine vocis, hic autem adhibita ſit in medio, ut deſignaretur, quod Mater Dei eſſet futura omnino clauſa, hoc eſt Virgo ante, in, & poſt partum.

65. Secundum has commixtas Cabalæ ſpecies exponi poteſt primum Scripturæ verbum בראשית *Bereſchith, In principio*. Quod non ſolùm continet promiſſionem Dei Patris de Meſſia venturo, ſeu Filio Dei naſcituro, ſed & tempus adventus ejus. Primò enim invariatis litteris, ſed diſſectis, ex בראשית *Bereſchith* fit בר אשית *Bar aſchith Filium ponam*, ſeu *Dabo*. Sed quandonam?

66. Hoc juxta ſpeculationem aliquorum denotat eadem vox, ſeu litteræ בר אשית ſi certò eas modo numericè ſumas; nimirum attendendo in iſta voce omnes litteras, quæ Arithmeticè valent pluſquam centum, nempe ר 200. ש 300. ת 400. ſimul 900. Deinde ex nominibus propriis litterarum vocis בראשית ſumendo valorem numericum omnium litterarum plus effi-

Digitized by Google

441. faciat numerum, cujus ſimplex ſummatio eſt Novem, nam bis quatuor, & unum ſunt novem: numerus autem Novem Cyfris numericis ſcriptus in tantum ſui uniformitate gaudet, ut (niſi ad altiores numeros veneris, in quibus equidem non aliud invenies quam 9. duplicatum, vel triplicatum &c.) quotieſcumque, & quotieſlibet addas, aut multiplices 9. Producta ſumma in cyfris nihil reddet præter 9. Quod Cabalſticè Dei immutabilitatem ſignificat, item quòd veritas una ſibi, & eadem ubique ſit, perpetua, conſtans, & invariabilis.

62. Quòd verò numerus novenarius Cyfris expreſſus, ſemper reddat 9. vel ſemel vel pluries, quotieſcumque multiplicetur, vide hìc ad oculum: ſemel Novem ſunt 9. Bis novem 18. Ecce 1. & 8. quæ ſimul addita faciunt 9 Ter novem ſunt 27. Ubi iterum habes ſimul 9. Nempe 2. & 7. Quater novem ſunt 36. Ecce 3. & 6. ſimul 9. Sic deinceps in ſequentibus: 45. 54. 63. 72. 81. 90. 99. 108. 117. 126. 135. 144. 153. 162. 171. 180. 189. 198. 207. 216. 225. 234. 243. 252. 261. 270. &c. 306. 315. 324. 333. 405. 414. 900. 909. 918. 927. Atque ita in infinitum. Econtra nullus numerus exprimet cyfris novem ſive ſimpliciter, ſive ſemel aut pluries multiplicatus, niſi præciſè ex novenariis conſtet; quod Cabaliſticè expoſitum, indicat falſum quantumcumque pallietur, numquam ſtare poſſe, aut verum eſſe, vel fieri.

63. Poſſunt etiam hujus generis Cabalæ ſpecies miſceri, & ſimul attendi, prout fit ut primâ Cabalâ Æſopi relatâ ſuperius n. 28. in qua nimirum ſola littera δ ſumitur numericè pro *quatuor*, reliquiæ verò Acroſtichè.

64. Pulcherrimum exemplum in quo omnes tres ſpecies ſecundi generis Cabalæ commixtæ ſunt, ſubminiſtrat ſuprà laudatus R. *Judas Hakkados* lib. Gale Razia quæſtione 6. ex Iſaiæ 9. *Parvulus natus eſt nobis ... multiplicabitur ejus imperium*, ſive, ut ad verbum eſt in Hebræo לםרבה המשרה *Lemarbe Hammiſra*

ſive, ut in Hebræo eſt אהיה אשר אהיה *Eje aſcher eje. Ero qui ero.* Item: *Qui eſt* (Hebr. אהיה *Eje Ero*) *miſit me ad vos.*

58. Jam autem hoc nomen אהיה *Eje. Ero.* Divinam eſſentiam denotans, ſi litteras Arithmeticè ſpectes, facit 21. Nam א valet 1. ה 5. י 10. & alterum ה 5. Si verò multiciples 21. per ſe ipſum, hoc eſt ſi vigeſies & ſemel viginti unum numeres, ſumma producta erit 441. quem numerum præcisè complectitur vox אמת *Emeth. Veritas.* א 1. מ 40. ת 400. Quod ſi numero 441. Rurſum addideris ſemel 21. fiet totus numerus 462. Hunc autem numerum producunt (Arithmeticè ſumendo litteras) hæ tres Hebraïcæ voces: רוח אהבה הנפק *Ruach ahaba hannophek*. hoc eſt: *Spiritus amoris procedens.* ר 200. ו 6. ח 8. א 1. ה 5. ב 2. ה 5. ה 5. נ 50. פ 80. ק 100. ſimul 462.

59. Ex quibus eruitur hic Cabaliſticus ſenſus: Deus Pater primum eſſe, & principium omnis eſſe, qui eſſentialiter *Eſt*, ſeu *Eje Ero* exiſtit, ſeſe per ſe, & in ſe (ſi dicere liceat) multiplicans, hoc eſt ſeſe cognoſcens, comtemplans, ſicque ſeipſum in ſe multiplicans, & quodammodo plurificans, id eſt ſuum אהיה *Eje*, ſeu perpetuum *Ero*, ſive *Eſſe*, abſque eſſentiæ quidem diviſione, cum perſonali tamen multiplicatione filio communicans, producit אמת *Emeth Veritatem*, ſeu Verbum in Divinis, qui de ſe ipſo verè dicit: *Ego ſum Veritas*, ſeu 21. ſic producit 441.

60. Ulterius *Filius Emeth Veritas* numericè 441. cum *Eje Ero* valens 21. ſeu Principio ingenito, nempe Patre, facit *Ruach ahaba hannophek*, Arithmeticè 462. hoc eſt Pater cum Filio conſpirans, producit Spiritum Sanctum, qui verè dicitur, & eſt *Spiritus amoris*, cujus Perſonalis proprietas eſt ut ſit *Procedens.* Unde Cabaliſticè pulcherrima eſt deductio Sanctiſſimæ Trinitatis, & proceſſionum, ac proprietatum trium Perſonarum Divinarum.

61. Eſt etiam hoc admirabile, ac notatu dignum de voce אמת *Emeth Veritas*, quòd numericè reddendo

Digitized by Google

54. Per eamdem Cabalam Sybilla Erythræa Poëmate primo circa medium, prædixit nomen venturi Redemptoris Mundi fore 888. quem numerum præciſè continet Sacratiſſimum nomen IESUS Græcè ſcriptum.

I	10
H	8
Σ	200
O	70
Y	400
Σ	200
	888

55. Inſigne ſubminiſtravit exemplum *Rabbi Judas Hakkados*, quem aliqui ante tempora Chriſti vixiſſe putant ſed minus veroſimiliter; is ergo Rabbinus, quem *Hakkados*, hoc eſt *Sanctum* vocant Judæi, in libro *Gale Razia* quæſt. 6. deducit ex Jerem. 33. Deum ſtatuiſſe legem condendi ac gubernandi mundum ob *Pactum* ſive *fœdus* ברית *Berith*, id eſt, ait, propter ישו ומרים *Jeſum & Mariam*; utraque enim æquivalent Arithmeticè, nempe 612. ב 2. ר 200. י 10. ת 400. ſimul 612. Similiter י 10. ש 300. ו 6. ו 6. מ 40. ר 200. י 10. ם 40. ſimul 612.

56. Exemplum aliud eſt Gen. 49. 10. *Veniat qui mittendus eſt*: pro quibus verbis in Hebræo textu eſt יבא שילה *Jabo ſchilo*: Porrò ſi has litteras tamquam Arithmeticas ſumas, efficiunt 358. nam י facit 10. ב 2. א 1. ש 300. י 10. ל 30. ה 5. Eundem autem numerum præciſè conficit Hebræa vox משיח *Meſſias*, utpote מ 40. ש 300. י 10. ח 8. ſimul 358. Igitur *Donec veniat, qui mittendus eſt*, Cabaliſticè redditur: *Donec veniat Meſſias.*

57. Exemplum Gematriæ compoſitæ, hoc eſt ubi numerus Arithmeticus litterarum in ſe ducitur, ſive multiplicatur, eſt in voce אהיה *Eje*, quæ ſignificat Latinè *Ero*; porro *Eje* idem valet, ſeu ſignificat quod nomen ineffabile, ſeu Tetragrammaton Hebraïcum יהוה *Deus*, eſt autem hoc Hebræum nomen ipſum eſſentiale Dei, ſeu in quantum ille *eſt*; nam importat eſſentialem atque interminabilem exiſtentiam: unde dum Exod. 3. 14, Moyſes peteret à Deo, quodnam ejus eſſet nomen, hoc tulit reſponſum: *Sum, qui ſum*, ſive,

51. Si latinarum litterarum valorem Arithmeticum attendas, numerum illum exhibet nomen DIoCLes AUGUStUs: Porro ante adeptum imperium DIoCLE-TIANUM, inſignem Antichriſti typum, vocatum fuiſſe *Dioclem* conſtat Lactantii teſtimonio.

51. *Lutherus* & *Calvinus* egregii profectò Antichriſti præcurſores, eundem exhibent beſtiæ numerum, ſi ſimul jungas utriuſque nativum cognomen: LUDeR, & CAUVIN: Etenim *Calvini* genuinum nomen fuiſſe *Cauvin*, præter alios tradit *Moreri* in Dictionario hiſtorico V. *Calvinus*. *Lutheri* cognomen fuiſſe *Luder*, tradit Florimundus Remondus libro de Antichriſto cap. 23.

52. Poſſunt innumera tum Græca, tum Latina nomina allegari, quæ Arithmeticè prædictum numerum 666. exhibeant, qualia Græca n. ſequenti allegabimus. Talia Latina ſunt ſequentia: ULpIUs CeDrenUs, WanDaLICUs, LaUrentIUs DaCUs, IUDoCULUs, DaVICULUs, LUDoVICUs, DULCIFUgUs, LUCIDUrUs, DUX CaroLI, LUX DaCIæ, petrUs LUCIDUs, paULUs DaCIUs, LUCas DIUrnUs, DUX CæLI, DIC LUX, DULVICUs, ULDUrICUs, & innumera ſimilia.

53. Porro ex his velle concludere hoc vel iſto nomine vocandum Antichriſtum, levis admodum, & infundata eſt conjectura. Experientiâ conſtat quantum in hoc hallucinati ſint Antiquiores aliqui Græci Scriptores, dum v.g. *Ireneus* & *Hyppolitus* propter numerum nomine expreſſum, putârunt Antichriſti nomen futurum τειταν, *Tyconius* λαμπετις, *Arethas* λατεινος, Primaſius ἄντεμος, Alii γενσηρικος. Magis infundatum, temerarium, & calumnioſum foret, ſi quis ſuſpicaretur, aut diceret, quempiam eſſe Antichriſtum, eo quòd nomen ejus Arithmeticè hunc numerum exhibeat. Solùm nomen exhibens 666. non deſignabit Antichriſtum, ſed impiiſſima vita, & ſigna in Scriptura prædicta convenient alicui, cujus nomen etiam exhibebit 666. in qua porro lingua, Deus novit.

Digitized by Google

cit Joan. 2. ℣. 20. Dictum eſſe: *Quadraginta, & ſex annis ædificatum eſt Templum hoc* Divinitatis, nempe Corpus Chriſti, ut indicetur Corpus Chriſti eſſe ex Adam, quod nomen numericè facit 46. Sic enim ait ibidem: *Quid ſibi vult numerus quadragenarius ſenarius? Quia Caro Chriſti de* Adam *erat. Ad litteras numeros computant Græci. Quod nos facimus A Litteram, ipſi lingua ſua ponunt α Alpha unum, ubi autem in numeris ſcribunt β Beta, quod eſt ipſorum B, vocatur in numeris: duo; ubi ſcribitur γ Gamma, vocatur in numeris ipſorum Tria. Ubi ſcribitur δ Delta, vocatur in numeris ipſorum Quatuor, & ſic per omnes litteras numeros habent. μ quod nos dicimus* M, *& illi dicunt My, Quadraginta ſignificat.*

Jam videte: Iſta littera Adam *ἀδαμ quem numerum habeant, & ibi invenietis quadraginta ſex annis ædificatum Templum: habet enim Adam α Alpha quod eſt unum, habet δ* Delta, *quod ſunt Quatuor, habes quinque. Habet iterum α Alpha, quod eſt unum, habes ſex. Habet & μ my, quod eſt Quadraginta, habes quadraginta ſex. Hæc fratres mei etiam ab anterioribus Majoribus noſtris dicta ſunt, & inventus eſt iſte numerus in litteris quadragenarius ſenarius.*

49. Hanc Cabalam videtur ipſa Scriptura proponere Apoc. 13. 18. *Hic ſapientia eſt, qui habet intellectum computet numerum beſtiæ, numerus enim hominis eſt, & numerus ejus ſexcenta ſexaginta ſex.* Iſtud plerique Interpretum ita exponunt, ut indicetur nomen proprium Antichriſti habiturum 666. ita ut litteræ nominis ejus hunc numerum Arithmeticè efficient.

50. Hunc efficiunt litteræ Hebraicè nominis *Makometh* מעקומית nam apud Hebræos מ valet 40. ע 70. ק 100. ו 6. Iterum מ 40. י 10 ת 400. Qui numeri ſimul juncti ſunt 666. Idem eſt ſi nomen *Mahometh* Græcè ſcripſeris, quibus dictus eſt *μαομετις* ut multi efferunt, vel *μοαμετις* ut ſcribunt Euthymius, Cedrenus, Zonoras; faciunt enim μ 40. α 1. ο 70. μ 40. ε 5. τ 300. ι 10. ς 200. ſimul 666.

51. Si

poſitum Anagrammatiſmum, ut exponit S. Hieronymus, in Jeremiæ cap. 5. ℣. 41. Ita ſcribens:

45. *Quomodo autem Babylon, quæ Hebraïcè dicitur Babel* בבל *intelligatur Seſach* ששך *non magnoperè laborabit, qui Hebrææ linguæ parvam ſaltem habuerit Scientiam. Sicut apud nos Græcum Alphabetum uſque ad noviſſimam litteram per ordinem, legitur, hoc eſt* α β *& cætera uſque ad* ω, *rurſumque propter memoriam parvulorum ſolemus lectionis ordinem vertere, & primis extrema miſcere, ut dicamus* ωα, βψ. *Sic apud Hebræos primum eſt* א *ſecundum* ב *tertium* ג *uſque ad vigeſimam ſecundam, & extremam litteram* ת *cui penultima eſt* ש *Legimus itaque* את בש *Cumque venerimus ad medium* כ *littera, occurrit* ל *&, ut ſi rectè legatur, legimus Babel, ita ordine commutato legimus Seſach. Vocales autem litteræ inter B & B, L & B juxta idioma linguæ Hebrææ in hoc nomine non ponuntur;* neque attendunt Rabbini Motiones ſeu puncta in Cabala, ſed ſolas litteras.

46. Tertia ſpecies hujus ſecundi generis Cabalæ vocatur: *Gematrija*, Eſtque expoſitio, vel myſterii enodatio deducta ex æquivalentia numerica litterarum, quibus voces conſtant, ex quibus Cabala hauritur; unde affinis eſt noſtro modo fabricandi Chronica; fit autem duobus modis; primò ſimpliciter ex æquivalentia numericâ litterarum; ſecundò eaſdem numericè quidem attendendo, ſed ſimul multiplicando, vel addendo ad invicem, & ex ſumma producta aliquid ad propoſitum eliciendo, &c.

47. Pro hoc notandum apud Hebræos, & Grecos omnes litteras æquivalere certis reſpectivè numeris Arithmeticis; prout apud Latinos non quidem omnes, ſed aliquæ litteræ etiam ſunt notæ Arithmeticæ, & aſſumi poſſunt ut certum indicent numerum, prout fit in Chronicis, nempe ut I. valeat unum, Y 2. V 5. X 10. L 50. C 100. D 500. M 1000.

48. Hoc de Græcis litteris teſtatur S. Auguſtinus Tract. 10. in Joann. Ubi pariter ex hac Cabala dedu-

Digitized by Google

omnis ille ſit Scripturæ ſenſus, qui ſalvâ litteræ circumſtantiâ poteſt ex Scriptura elici, atque adeò talis etiam cenſendus ſit verus Scripturæ ſenſus.

41. Hujus rei egregium exemplum habetur Pſalm. 47. ℣. ult. ubi LXX. & ex illis Vulgata habet: *Ipſe reget nos in ſæcula.* At Hieronymus in tranſlatione Pſalterii vertit: *Ipſe erit dux noſter in morte*, adeoque legit duabus vocibus על מות *Al maveth In morte*, vel *Al muth In mori.* Unâ tamen voce legerunt LXX. עלמות *Almoth*, vel *Olamoth Sæcula.* Vide Lyranum noſtrum ad Tit. Pſam. 9.

42. Aliud eruitur ex primis verbis Pſ. primi, in Hebræo uno tractu ſcriptis: אשריהאישאשרלאהלכבעצתרשעים Hæc diviſa in verba eo modo quo nunc ſunt in Bibliis Hebraicis ſonant: *Aſchre haiſch aſcher lo halach baatſath reſchaim* אשרי האיש אשר לא הלך בעצת רשעים Quod ad verbum ſonat: *Beatitudines viro*, ſeu *Beatus vir*, *qui non ambulavit in conſilio impiorum.* Si verò dividas eaſdem litteras hoc modo: אשר יה איש אשר לאה לך בעצת רשעים *Aſchar jah iſch aſcher laa lecha baetſath reſchaim*; ſenſus erit: *Cantabo Dominum Deum virum* (ſeu *hominem*) *qui afflictus fuit pro te in ligno impiorum:* puta in Cruce, quæ rectiſſimè dici poteſt *Lignum impiorum*, tum quia impiorum dignùm eſt patibulum, tum quia ab impiis Chriſto eſt præparata.

43. Aliud eſt Anagramma compoſitum, ſeu Cabalâ huic innitens, in quo litteram unam pro aliâ commutant, juxta diverſa Alphabeta Myſtica, quæ Hebræi habent numero 22. Exempli cauſa juxta ultimum eorum Alphabetum Myſticum ſubſtituunt ultimam litteram pro prima, & econverſo, penultimam pro ſecunda, & econtra, & ita conſequenter, ut v. gr. א pro ת & ש pro ב Ideò vocant hoc Alphabetum אתבש *Athbaſch*

44. Juxta hanc Cabalam proceſſit Jeremias cap. 25. ℣. 26. *Rex Seſach* ששך *bibet poſt eos* calicem iræ Dei, item cap. 51. ℣. 41. *Quomodo capta eſt Seſach?* Ubi per *Seſach* intelligitur *Babel* ſeu *Babylonia* per hunc compoſitum

37. Hoc ita factum eſſe, præter alia, plurimum ſuadet, quod ſæpè alio ſenſu Hebræum textum tranſtulerint LXX. Interpretes, alio Hieronymus, dum verò utriuſque diſcrepantis tranſlationis cauſam inveſtigamus, frequenter invenimus ex hoc ſolo potuiſſe diverſitatem tranſlationis accidere, quod S. Hieronymus aliquod Hebraïcum verbum legerit tamquam unum, quod Interpretes LXX. diviſerunt in duo, aut econtra: Ex hoc autem diverſum ſenſum exurgere debuiſſe, atque adeo diverſam tranſlationem, ſatis patet ex latinarum vocum exemplis allatis n. 35.

38. Sic diverſimodè voces connexuiſſe Interpretes LXX. & Hieronymum uno alterove exemplo demonſtrari meretur. Omnes reliqui Interpretes cum S. Hieronymo legerunt Amos 4. 3. (ut Hieronymus ibidem notat) duobus verbis מה שיחו *Ma ſchicho? Quid eloquium ejus?* At LXX. cum vertant: *Chriſtum ſuum*, debuerunt legiſſe unâ voce מהשיחו *Meſchicho*, *Meſſiam ſuum*, *Chriſtum ſuum*, ſumpſeruntque litteram ה tamquam ibidem redundantem, & fungentem officio Vocalis E

39. Econtra LXX. Interpretes cum vertant Pſalm. 4. 3. *Filii hominum uſqueque gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem?* Indubiè legerunt duabus vocibus לב למה *Leb lamma. Corde? ut quid?* At S. Hieronymus legit, & etiamnum in Hebræo eſt כ pro ב litterâ ſimillimâ, hoc eſt C. pro B. atque unâ voce לכלמה *Lichlimma*, *Ad*, ſeu *In ignominiam*, cum vertat: *Ignominiosè.*

40. Eſt igitur Cabalæ hujus certus modus, qui conſiderat litteras non in voces diſtinctas, prout modo ſunt, ſed eaſdem Anagrammaticè ſine ulla quidem Metatheſi, ſeu tranſpoſitione, aliter tamen diſcriminando in varias voces dividit, indeque alium ſenſum non repugnantem Scripturæ elicit. Hæc Cabala valdè conſideranda eſt, tum ob ſtatim dicta, tum quod plauſibiliſſimum ſit, & conforme doctrinæ SS. Auguſtini & Thomæ de multiplici ſenſu S. Scripturæ, imo quòd omnis

Digitized by Google

32. Aliud exemplum eſt Gen. 2. ubi *Vir* Hebraicè vocatur איש *Iſch*, *Mulier* אשה *Iſcha*, quarum vocum Anagramma eſt אש יה אש *Eſch Jah Eſch*. *Ignis*, *Deus*, *Ignis*. De quo A. Ben-Eſra: *Deus interpoſuit nomen ſuum illis* (marito, & uxori) *quod ſi tollatur ab eis, reſtat Eſch Eſch* אש אש *ignis*, *ignis*, hoc eſt ignis duplex, ſeſe mutuis tum rixarum tum concupiſcentiarum flammis conſumens, ignisque hic & in futuro, ſi nimirum Deus, ſeu timor, cultus, amor, & gratia Dei non ſit, & maneat in conjugibus.

33. Huc etiam ſpectat iſtud Oſeæ 13. 14. *Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne*: Qualiter legunt Hebræa, Symmachus, Vulgata, & Eccleſia Sabbato ſancto in Laudibus; cùm tamen Aquila, LXX, Paulus 1. Cor. 15. 55. *Ubi eſt mors cauſa tua? Ubi eſt mors ſtimulus tuus?* Sive ut ultimum hemiſtichium eſt Græcè apud LXX. & Paulum: *Ubi tua inferne victoria?*

34. Differentia utriuſque lectionis, ſeu tranſlationis oritur tum quòd alia verba ſint æquivoca, tum præſertim quòd ſicut אהי *Ehi* Hebraicè eſt *Ero*, ſic Anagrammaticè איה *Aije*, fit *ubi*; ac proinde מות אהי *Ehi Maveth*, *Ero mors*, Anagrammaticè eſt מות איה *Aije Maveth? Ubi mors?*

35. Ad *Temuram* ſimplicem etiam ſpectat hæc Cabalæ ſpecies, quâ litteræ non quidem tranſponuntur, ſed aliter ad ſe invicem connectuntur, aut ſeparantur; ut ſi ſemel dicam: *Dominus* ſemel: *Do minus*. *Adeo à Deo*. *Severum Se verum*. *Suſpiramus Sus pira mus*. *Suſtineamus Sus tinea mus*. Unde iſtud tritum Hexametrum:

Furfur edunt, pannum, panem quoque ſuſtineamus.

36. Pro quo notandum, quòd juxta Hebræorum, imo & Chriſtianorum doctiſſimorum opinionem, multumque fundatam ſuppoſitionem, S. Scriptura, præſertim Hebræus textus, ſit primitus conſcriptus uno tractu, non ſolùm ſine ulla diviſione Capitum & Verſuum, ac ſine interpunctionibus ullis, ſed etiam non ſeparatis litteris ad novum verbum, aſt omnia continuatè, quaſi ſcriberetur latinè: *Inprincipioeratverbum.*

37. Hoc

Digitized by Google

gius, & Sixtus Senenſis Bibliot. Sacr. lib. 3. Dum Æſopus cum Xantho hero ſuo in veteris ædificii ruinam incidiſſet, invenit marmoream columnam, in qua ſculptæ erant hæ Græcæ litteræ α β δ ο ε θ χ. Ceteris ænigma ſolvere non valentibus, Æſopus ſumendo litteram δ pro notâ Arithmeticâ; qualiter ſumpta valet *quatuor*, reliquas autem pro initialibus vocum, expoſuit hoc modo: Ἀποβὰς βήματα τέσσαρα, ὀρύξας εὑρήσεις θησαυρὸν χρυσίου. *Abſcedens gradus*, ſeu *paſſus quatuor*, *cum foderis invenies theſaurum auri.*

29. Foſſum eſt, aurumque repertum, ſed cum nihil Æſopus pro ſolertia reciperet, admonuit herum etiam haberi: ἀνελόμενοι βαδίσαντες διέλεσθε ὃν εὕρετε θησαυρὸν χρυσίου. *Qui auferetis dum diſceditis dividite, quem inveniſtis theſaurum auri.* Cumque nec ſic quidquam acciperet, minatus eſt ſe facturum, ſeu indicaturum Regi ut fieret, quod pariter ſcriptum erat; ἀπόδος βασιλεῖ Διονυσίῳ ὃν εὗρες θησαυρὸν χρυσίου. *Redde Regi Dionyſio, quem inveniſti theſaurum auri.*

30. Exemplum ubi fit hæc Cabala ex finalibus litteralis ſumunt Rabbini ex Exod. 3. ℣. 13. *Si dixerint mihi: quod eſt nomen ejus* Dei? *Quid dicam eis?* Quale ſit nomen Dei rimantur ex finalibus litteris horum verborum לי מה שמו מה *Li: ma ſchemo? Ma?: Mihi: quod nomen ejus? Quid?* Exurgunt etenim hæ quatuor litteræ finales, & hoc ordine יהוה quæ ſimul junctæ ſunt ipſum ſanctiſſimum atque ineffabile nomen Dei tetragrammaton.

31. Secunda ſpecies hujus Cabalæ vocatur תמורה *Temura*, hoc eſt *Commutatio*, nempe litterarum; rimatur enim ſenſus & Myſteria, conficiendo *Anagrammata*, quorum aliud ſimplex eſt conſiſtens in mera tranſpoſitione, vel aliâ connexione earumdem litterarum inter ſe, Exemplum hujus Cabalæ ingenioſè repertum eſt in verbis Pilati interrogantis Chriſtum Joan. 18. 38. *Quid eſt veritas?* Nam eædem litteræ aliter inter ſe diſpoſitæ, ſeu Anagrammaticè exhibent reſponſum hoc: *Eſt vir qui adeſt.*

32. Aliud

Digitized by Google

turos docent Patres aliqui, ſignanter Auguſtinus Tract. 9. in Joan. *Quis neſciat quod de illo exorta ſint omnes gentes, & in ejus vocabulo quatuor litteris quatuor orbis terrarum partes per Græcas appellationes demonſtrantur. Si enim Græcè dicantur* Oriens, Occidens, *Aquilo, Meridies, ſicut eas pleriſque locis Sancta Scriptura commemorat, in capitibus verborum invenies Adam, dicuntur enim Græcè quatuor memorata mundi partes: ἀνατολὴ, δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία. Iſta quatuor nomina, ſi tamquam verſus quatuor ſub invicem ſcribas, in eorum capitibus* ADAM *legitur.*

Α natole	*Oriens*		*Α ſcenſus ſolis*
Δ yſis	*Occidens*	ſeu	*D eſcenſus*
Α rctos	*Aquilo*		*Α quilo*
Μ eſembria	*Meridies*		*M eridies.*

26. Iterum Tract. 10. *Ipſe Adam quia per totum orbem terrarum eſt, audiſtis jam heſterno die in quatuor litteris Græcis quatuor verborum Græcorum. Si enim iſta verba quatuor ſcribas ſub invicem, id eſt nomina quatuor partium mundi,* Orientis, Occidens, *Aquilonis, & Meridiani, quod eſt totus orbis, unde dicit Dominus à quatuor ventis collecturum ſe electos ſuos cum venerit ad judicium. Si enim facias iſta quatuor nomina Græca ἀνατολὴ, quod eſt* Oriens, *δύσις quod eſt* Occidens, *ἄρκτος, quod eſt Septemtrio, μεσημβρία, quod eſt Meridies, capita verborum,* Adam *habent.* Nota quæ de Sybillæ Erythrææ Acroſtichis diximus num. 5.

27. Doctores multi volunt, ab hac Cabala originem habuiſſe nomen *Machabæorum*, eo quòd Judas Labaris ſuis, ſeu vexillis militaribus pro teſſera inſcriberet has litteras מכבי quæ pronuntiari poſſunt, & pronuntiatæ fuerunt, quaſi una foret dictio: *Machabi.* Reverâ tamen erant ſingulæ reſpectivè initiales horum 4. verborum Exod. 15. 11. מי כמוך באלים יהוה *Mi Chamocha Baelim Jehova? Quis ſicut tu in fortibus Domine?*

28. Lepida eſt hiſtoria Æſopi, quam circa hanc Cabalam ex ejus vita referunt Bonfrerius, Nierembergius,

quiſquis eſt Auctor Quæſtionum Hebraicarum in 3. Reg.) illud Davidis ad Salomonem de Semei 3. Reg. 2. v. 8. *Qui maledixit mihi maledictione peſſimâ*: hoc modo: *Peſſima Hebraicè dicitur Nimreſeth* נמרצת *quod quinque litteris enuntiatur, id eſt* נ *Nun*, מ *Mem*, ר *Reſch*, צ *Tſade*, ת *Thau. In* נ *Nun* נואף *Noaph id eſt Adulter*, מ *Mem* מואבי *Moabita*. ר *Reſch* רשע *Raſa id eſt Impius* (melius רוצח *Rotſeach*, hoc eſt *Homicida*, ſcilicet Uriæ, prout & *Adulter* propter Bethſabee, & *Moabita*, quia de Ruth Moabitide deſcendens) צ *Tſade* צרוע *Tſaruach, id eſt leproſus*. ת *Thau* תועבה *Thoeba id eſt Abominatus*, ſeu *Abominatio*.

22. Acroſticha ſunt, & ordine Alphabeti Hebraïci compoſiti Verſus Threnorum Jeremiæ, item varii Pſalmi ſignanter trigeſimus tertius, & centeſimus decimus octavus, prout etiam Proverb. cap. 31. à ỳ. 10. *Mulierem fortem* uſque ad finem. In quo artificioſo ordine à Deo dictato, indubiè Myſteria latent, ut notat, rimaturque V. Beda Præfat. in Threnos, ac S. Hieronymus Epiſt. 155. ad Paulam Urbicam; ubique poſt ipſum Patres & Expoſitores multi.

23. Ipſa Scriptura hanc Cabalam profert Apoc. 1. *Ego ſum α & ω.* Item Dan. 5. 25. *Mane, Thecel, Phares.* Voces enim iſtæ initiales erant integrarum propoſitionum, prout juxta hunc modum interpretandi, & voces Cabaliſticè reſolvendi ibidem Daniel expoſuit, tam doctè, quàm verè.

24. Hoc modo etiam legimus Ezech. 9. 4. *Signa Thau ſuper frontes virorum &c.* Quæ littera *Thau* tunc crucis figuram habebat. Ita docent *Hieronym. Origen. Tertull. Ambroſ.* lib. 1. de Abraham *Auguſt.* Dialogo Altercationis Eccleſiæ, & Synag. *Clemens Alex.* lib. 6. Stromat. Unde & Syriacus textus habet: *Signa crucem.* Porrò juxta Patres ſignificabat hoc (utique Cabaliſticè) nos ſalvandos per Crucis myſterium, & fidem in crucifixum Deum hominem.

25. Myſterioſum eſſe nomen *Adam*, ſignificare autem juxta hanc Cabalam ex ipſo omnes homines orituros

turos

Digitized by Google

ARTICULUS III.

De ſecundo genere Cabalæ.

17. SEcundum genus *Cabalæ*, ſeu potius modus aliquis exponendi Scripturam, à Judæis, veram Cabalam prius allegatam neſcientibus (ut de ſe fatetur ſincerior reliquis Rabbi Elias Levita) inventus, & tamquam à Moyſe, & Antiquis traditus foret, deprædicatus, indifferens eſt, quo tamen quandoque utitur Scriptura, Sanctique Patres, ut ſtatim exemplis oſtendemus. Eſt autem ſcientia inveſtigandi ſenſûs S. Scripturæ & Myſteria, ex ipſis materialibus vocibus & litteris S. Scripturæ.

18. Hæc itaque Cabala verſatur circa ipſas litteras S. Scripturæ, & ex illis ſenſus ac Myſteria rimatur, ipſis vocum litteras reſolvendo, aut tranſponendo, vel unam cum alia permutando, aut figuram vel ordinem earum, vel vim Arithmeticam attendendo, atque ita varia eliciendo.

19. Habet hæc *Cabala* tres ſpecies, quæ ſunt *Notariaca*, *Temura*, *Gematria*. *Notariaca* ſic dicta à verbo נטר *Natar Obſervavit*, ſenſus ſive Myſteria haurit ex primis litteris verborum aut verſuum, vel ex ultitimis, vel ex omnibus alicujus vocis, illas reſolvendo quaſi forent initiales ſingularum vocum, vel etiam ex ipſa litterarum figura.

20. Exemplum hujus Cabalæ ſit ſpeculatio Rabbinorum ad Pſalm. 3. 2. MULTI *inſurgunt adverſum me*. Quærunt Rabbini, quinam ſint illi *Multi* רבים *Rabbim* Populum Judaicum vexantes, & affligentes? Reſpondent autem reſolvendo quatuor litteras iſtius vocis רבים tamquam initiales quatuor vocum hoc modo: ר R *Romani*. ב B *Babylonii*, ſeu Chaldæi, י J *Jones* (ut ipſi vocant) hoc eſt Græci. ם M *Medi* ſeu Aſſyrii, à quibus 4. populis pluſquam à reliquis Iſraëlitæ fuerunt afflicti.

21. Per hanc Cabalam exponit Hieronymus, (vel quiſ-

Digitized by Google

turæ, aliorumque Myſteriorum, traditam fuiſſe non apertè, ſed involutam per ænigmata, & Hieroglyphicas locutiones, qualiter ſua dogmata tradidit Pytagoras, & tradiderunt Sacerdotes Ægyptiorum, traduntque Paracelſiſtæ Medici, aut Chymici. Tales etiam ſunt fabulæ Æſopi, utpote totæ ſignificativæ, & morales.

15. Unam exempli causâ afferamus Cabalam ad expoſitionem iſtius Pſalm. 138. v. 12. *Nox ſicut dies illuminabitur*, quam ex Pico allegat Bonfrerius, eſt autem hæc: *Cùm fiet lux ſpeculi non lucentis, ſicut ſpeculi lucentis, erit nox ſicut dies, ut dicit David.* Hanc Cabalam intelligendam puto, & conſequenter hunc Pſalmi locum Cabaliſticè explicandum hoc modo: *Speculum lucens* ſignificat Chriſtum, qui eſt *ſpeculum ſine macula*, ab inſtanti conceptionis beatus, & lucens ſapientiâ, Deique viſione, reſplendens inſuper ſicut Sol in ſua transfiguratione: *Speculum non lucens*, ſunt reliqui homines, *ſpeculum*, quia intellectivi, *ſpeculum*, quia imago Deum repræſentans. *Non lucens*, quia exceptâ immaculatâ Virgine Deiparâ, omnes obtenebrati ſaltem originali peccato, item non lucentes corporali ſplendore, deinde propter abſentiam viſionis beatificæ, denique propter varias ignorantias.

16. Hoc *ſpeculum non lucens*, ſeu hæ animæ, cùm etiam lucebunt viſione beatificâ, & penitus emundatæ fuerint à tenebris maſculiſque peccatorum & ignorantiæ, atque per dotem claritatis corporis ſimiles effectæ ſpeculo lucenti, hoc eſt Chriſto glorioſo, juxta illud Philipp. 3. 21. *Reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.* Item iſtud 1. Joan. 3. 2. *Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* Dum hoc, inquam, fiet, ſcilicet in reſurrectione generali; tunc *Nox ſicut dies illuminabitur*, hoc eſt, *Nox ultra non erit*, Apoc. 22. 5. ſed dies interminabilis æternitatis, & *Lux perpetua.*

cula poſſidebit, animadvertet Parabolam, & interpretationem, verba ſapientum, & ænigmata eorum.

11. Admittunt eamdem Patres & deprædicant. *Origenes* in Rom. 3. *Gregor. Nazianz.* Apol. 1. *Hilarius* in Pſalm. 2. *Erat*, inquit hic, *jam à Moyſe ante inſtitutum, in omni Synagogâ ſeptuaginta eſſe Doctores: nam idem Moyſes, quamvis Veteris Teſtamenti verba in litteris condidiſſet, tamen ſeparatim quadam ex occultis Legis ſecretiora myſteria ſeptuaginta Senioribus, qui Doctores deinceps manerent, intimaverat. Cujus Doctrinæ etiam Dominus in Evangeliis meminit, dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſervate & facite, ſecundum verò facta eorum nolite facere. Doctrina ergo horum in poſterum, ab ipſo Legis ſcriptore accepta, in hoc ſeniorum & numero, & officio conſervata eſt.*

12. Ex Recentioribus Janſenius Gandenſis ſcribit Concord. Evang. cap. 146. *Hæc Scripturarum explicatio, quam mox Dominus in Jeruſalem coram omnibus repetiit Apoſtolis, veriſſima eſt Cabala, quam nobis poſt ipſum Apoſtoli partim vivâ voce, partim Epiſtolis ſuis tradiderunt.* Huc fortè reflectebat Apoſtolus dum ſcribebat 1. Cor. 2. ℣. 7. *Loquimur Dei ſapientiam in Myſterio.* Idem quod Gandenſis, plures alii docent, ſignanter Bonfrerius Præloq. cap. 21. ſect. 2.

13. Deinde non eſt ullatenus veroſimile Moyſen ignoraſſe (& ſi noverit alios non docuiſſe) quid v. gr. Tropologicè ſignificarent illa animalia, & cibi, à quibus ex Lege Judæis erat abſtinendum, præſertim cum iſtud tam exactè ſciverit poſtea Eleazarus Pontifex, & ſeniores, ſeu LXXII. Interpretes ab Eleazaro miſſi ad Ptolomæum Philadelphium penè 300. ante Chriſtum annis, ut conſtat ex libro Ariſteæ de LXXII. Interpretibus. *Perſpicuum eſt* (inquit Origenes in Rom. 3.) *Moyſen mentis acie Legis veritatem, Hiſtoriarumque apud ſe ſcriptarum Allegorias juxta Anagogen vidiſſe.*

14. Notandum tamen, ut & ſuperius notavi, Cabalam hanc, ſeu notitiam ſenſuum occultorum S. Scripturæ,

Digitized by Google

ARTICULUS II.

De primo Cabalæ genere.

8. CAbala triplex ſtatuitur ſpecies. Prima genuina eſt, & propria, bonaque, & laudabilis, dum tamen legitima eſt, & non potius confiċta. Eſt hæc Myſteriorum fidei, aut locorum S. Scripturæ involutis verbis tradita notitia, primum proveniens à Deo, Moyſe, Prophetis, Apoſtolis.

9. Dico: *Dum tamen legitima eſt, & non potius confiċta.* Nam variæ expoſitiones Scripturæ, & myſteriorum fidei expreſſiones per involuta verba, & quaſi ænigmaticas locutiones, quæ pro veris Cabalis à multir circumferuntur, fortè ſunt confiċtæ à Recentioribus, præſertim à nugivendulis Judæis, qui hâc arte Chriſtianis fucum facere voluerunt, eoſque decipere, ac irridere, & eorum marſupia emungere, quaſi verò ſecreta myſteria ſua revelarent, cum tamen fingerent omnia. Taliter à Rabbinis non tam veras Cabalas edoċtum eſſe, quàm ſpecioſis figmentis deluſum Joannem Picum Mirandolæ Ducem piiſſimum ac doċtiſſimum, putat Morinus. Fingunt etiam Judæi varias Cabalas, quaſi à Moyſe edoċtas, ut ita deliria ſua, & Blaſphemias contra Deum & Chriſtum ſub ſpecie verarum Cabalarum & ſenſuum S. Scripturæ protrudant, & quantum poſſunt ſtabiliant. Vide exemplum num. 70.

10. Interim Judæi (exceptis Karaïtis nullas Traditiones, aut Cabalas admittentibus) ſummo loco habent hanc Cabalæ ſpeciem, quæ præſertim ſenſus myſticos, aut abſtruſos Scripturæ compleċtitur; ideòque ab eis vocatur תורה בעל פה *Thora beal pe, Lex de ore,* ſeu *Oralis.* Hanc non ſolum antiqui Rabbini admittunt, ſed ipſa etiam Scriptura commendare videtur Eccli 8. ℣. 11. *Non te prætereat narratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt à patribus ſuis.* Proverb. 1. ℣. 5. & 6. *Audiens ſapiens ſapientior erit, & intelligens guberna-*

fuiſſe veras perſonas determinatas, ſed fictas tantùm, Oracula autem ipſis adſcripta, ſolummodo fuiſſe conſcriptas à Majoribus *Traditiones*, ſeu *Cabalas*.

5. Plures tamen volunt *Sybillas* veras fuiſſe Propheтiſſas Virgines. Quidquid ſit, ante Chriſti tempora fuiſſe oracula quædam conſcripta ſub nomine ac fáma *Sybillarum*, res eſt notiſſima, & conſtat vel ex ſolo Virgilio, item Cicerone, qui lib. 2. de Divinat. ex optima ſcriptorum compoſitione judicioſè notat, eas non furentes, ſed mente compotes ſcripſiſſe. Exemplum allegat S. Auguſt. lib. 18. Civit. cap. 23. in *Sybilla Erythræa*, ibidemque adfert illius carmen aliquod Acroſtichum, cujus verſuum initiales litteræ ſunt, & efficiunt Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτήρ. *Jeſus Chriſtus Dei Filius Salvator.*

6. Eſt autem *Cabala* Myſteriorum fidei, præſertim circa intelligentiam locorum S. Scripturæ, involutis terminis tradita, & recepta notitia, quæ ſaltem primitus ſcripta non eſt; ſed oretenus tradita. Penè igitur coincidit cum noſtris Divinis Traditionibus, maximè illis, quæ verſantur circa explicationem alicujus loci S. Scripturæ; diſcrepatque ſolùm in eo, quòd Catholici Traditiones ſuas non involutè & ænigmaticè proponant, ac doceant, ſicuti hanc notitiam per Cabalam non niſi obſcuris, & involutis ſermonibus tradunt Hebræi.

7. Quamvis autem *Cabala* etiam poſſit eſſe circa Myſteria fidei non ſcripta; proptereàque non debeat reſtringi ad notitiam traditam myſteriorum S. Scripturæ, prout varii reſtringunt, ſignanter Bonfrerius; *Cabala* tamen potiſſimum verſatur circa S. Scripturæ ſenſum, præſertim Myſticum, aut ſaltem abſtruſum litteralem, ut patebit ex ſecundo Cabalæ genere; unde (ut initio dixi) etiam ſervit ad notitiam, & expoſitionem S. Scripturæ, ejuſque ſenſum manifeſtat, atque ideo de illa etiam hic tractare volui, dum de ſenſibus S. Scripturæ agendum erat.

AR-

Digitized by Google

TRACTATUS DE CABALA

ARTICULUS PRIMUS

Quid Cabala?

1. CUm ad Senſum S. Scripturæ etiam pertineat *Cabala*, ejuſque notitia non parùm conducat ad S. Scripturæ intelligentiam, Tractatum hunc pro coronide adjungendum exiſtimavi, quem nec ingratum, nec injucundum Lectori fore confido.

2. Eſt autem in primis notandum, quod propter malitiam Aliquorum, genus quoddam impiæ Cabalæ introducentium, & bonâ Cabalâ abutentium, paſſim malè apud Catholicos audiant *Cabala*, & *Cabaliſtæ*; hoc autem ortum videtur ex abuſu, & ignorantia, quâ mala cum bonis, & indifferentibus confunduntur.

3. Hebræa vox קבלה *Kabala* idem ſignificat, quod latina *Receptio*, à verbo קבל *Kabal Recepit*. Ejus proinde correlativum eſt מסורה *Maſora Traditio*, à verbo מסר *Maſar*, *Tradidit*; nemo enim *Recipit* quidpiam, niſi alter idipſum *Tradat*; atque adeo unius ejuſdemque rei ſunt *Receptio*, *Cabala*; & *Traditio*, *Maſora*; unde quod reſpectu accipientis eſt *Cabala*, reſpectu dantis eſt *Maſora*; ex quo factum eſt, quod eandem ſcientiam Rabbini *Maſoram* appellent, & *Cabalam*; magis tamen invaluit nomen iſtud poſterius.

4. Varii ſuſpicantur, à nomine *Cabala* ortum eſſe nomen & famam *Sybillarum*, quaſi dicas *Cybilla*, qualiter pro varia interpunctione reverà pronuntiari poteſt eadem vox Hebræa, nempe hoc modo: קִבִּלָּה *Kibilla*. Varii etenim putant *Sybillas* non

Digitized by Google

40. Similia etiam loca ſunt Pſalm. 38. 4. *In meditatione mea exardeſcet ignis.* Rom. 14. 3. *Is qui manducat non manducantem non ſpernat, & qui non manducat manducantem non judicet.* Pſalm. 86. 4. *Memor ero Rahab.* Ubi non videtur eſſe ſermo de meretrice Jerichuntinâ; nam hæc ſcribitur רחב *Rachab*, id eſt *Dilatata*, in Pſalmo eſt רהב *Rahab*, hoc eſt *fortis, ſuperba.* Unde ſolum accommodatio videtur, quod Concionatores argumententur hinc à fortiori pro Deipara; quæ non uno die in ſua domo, ut hæc meretrix; ſed novem menſibus in ſuo benedicto utero verum exploratorem & expugnatorem Jericho occultavit.

TRAC-

Digitized by Google

ſunt, & in puncto ad inferna deſcendunt. Hoc plerique in ſiniſtram partem trahunt, quaſi ſignificetur infelicitas & repentina punitio peccatorum; cum potius contrarium velit Scriptura, ut patet ex contextu, & toto decurſu Jobi ibidem, debeatque referri ad impiorum temporalem felicitatem; eos nempe ita eſſe fortunatos, ut poſtquam in hac vita deliciati ſunt, tandem in momento placidiſſima morte moriantur, abſque gravi aliquo dolore, aut vexatione, morbiſque; & *Infernus* (ut colligitur ex Hebræo שאול *Scheol* & Græco ᾅδης) ſignificat hîc ſubterraneum animarum receptaculum, abſtrahendo à miſero aut felici loco; prout etiam limbus Patrum vocatur *Infernus, Scheol, Hades.* Pſalm. 15. & Act. 2. *Non derelinques animam meam in inferno.* Vide Act. 2. 27. de quo etiam Jacob dicebat Gen. 37. 35. *Deſcendam ad Filium meum lugens in infernum.*

38. Tertius locus ſit ille Job 27. ℣. 5. & 6. *Donec deficiam non recedam ab innocentia mea, juſtificationem meam, quam cæpi tenêre non deſeram.* Hoc paſſim Concionatores exponunt de firmo ejus propoſito permanendi in ſtatu bono, gratiâ juſtificante, exercitio virtutum, & cavendi omne peccatum, quo perderet innocentiam: Cùm tamen totus contextus clamet, Job ibi aſſerere, & proponere, quod permanebit in ſuâ innocentia defendenda, ſcilicet quòd non adeò à Deo receſſerat per magnam impietatem, ſicut ex pœnis & afflictionibus ei immiſſis à Deo, volebant inferre ejus amici; unde ibidem immediatè ſubdit: *Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.*

39. Inſignis etiam eſt locus Sap. 8. ℣. 21. *Ut ſcivi quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det.* Qui non de caſtitate ut communiter ſolet, ad litteram intelligi debet, ſed ſenſus verus eſt: ſcivi quoniam aliter non potui fieri compos, obtinens, poſſidens ſapientiam; de illa enim ibi agit Salomon, non verò ſpecialiter de caſtitate; eodem modo ſumitur Eccli. 6. ℣. 28. *Et continens factus*, hoc eſt: *Cum acquiſieris illam.*

 40. Simi-

Digitized by Google

ad voluntatem ſuam Scripturam trahere repugnantem. Unde hic ferè eadem cavenda quæ cavenda monuimus circa ſpeculationes myſticas ſupra cap. 13. n. 7.

34. Hoc maximè attendant Concionatores; nam licet poſſimus uti ſimpliciter verbis S.Scripturæ; illa ad pium ac verum ſenſum aliquem Accommodatitium & bonum finem applicantes; non tamen ſic, ut ex iſta applicatione aſtrueremus illam ſententiam veram, ad quam Verba Sacra applicamus, eſſe iſto loco per nos applicato à Deo revelatam, ſive, quod idem eſt: non licet docere, aut dicere ſenſum illum ad quem nos tunc applicamus, & merè accommodamus verba Sctipturæ, eſſe verum Scripturæ ſenſum. In quo ſæpè eſt magnus abuſus, & poteſt graviter delinqui, proponendo ſic aliquid tanquam revelatum, quod verè revelatum non eſt.

35. Unde dum pro conceptu prædicatorio ex ſenſu Accommodatitio procedunt, loquantur hoc vel ſimili modo: Illa verba, vel iſtam hiſtoriam poſſumus applicare aut accommodare ad hoc vel illud indicandum. Notent inſuper iidem Concionatores quòd ordinariè in conceptibus prædicatoriis (ut vocant) ex Scriptura deſumptis, non ſit tam ſenſus Myſticus, quam merus Accommodatitius.

36. Accipe demum quædam loca in quibus verè ſenſus Scripturæ alius eſt, quàm communiter putetur eſſe, & in quibus communis interpretatio, ſola eſt accommodatio. Talis inprimis eſt ille Pſalmi 17. ℣. 26. *Cum Sancto Sanctus eris, & cum perverſo perverteris.* Qui locus paſſim uſurpatur, ad bonorum familiaritatem commendandam, diſſuadendam improborum, eo quòd tam hi, quàm illi reddant ſibi ſimiles ſocios: cùm tamen Scriptura illud de Deo pronuntiet, ſenſuſque ſit, Deum cum Sancto Sanctè acturum, benignè promiſſam mercedem rependendo, illum adjuvando, ac protegendo; Aſt cum perverſis perversè, & ſeverè ſe habiturum, illos puniendo &c.

37. Alius locus eſt Job. 21. 13. *Ducunt in bonis dies*

ſuos,

in hunc modum : *Sacroſancta Synodus ... temeritatem hanc reprimere volens, quâ ad profana quæque convertuntur, & torquentur verba, & ſententiæ S. Scripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias ac diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos etiam famoſos; mandat & præcipit, ad tollendam hujuſmodi irreverentiam & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba Scripturæ S. ad hæc & ſimilia audeat uſurpare, ut omnes hujus generis homines temeratores & violatores Verbi Dei, juris & arbitrii pœnis per Epiſcopos coërceantur.*

31. Similes etiam acerrimè perſtringit S. Bernardus in Præfat. Sermonum ſuper Pſalm. *Qui habitat.* Ubi ait: *Nolo vos ignorare fratres, quoniam manifeſtè imitatores ſunt inimici, quicumque de Scripturis Sanctis aliquid non Sanctè uſurpant, & detinent Veritatem Dei in mendacio, ſicut ſolent quandoque nonnulli. Cavete hoc Dilectiſſimi, quia prorſus diabolicum eſt, & de parte ejus ſe eſſe probant, qui id faciunt, in ſuam ipſorum perniciem ſalutaria ſcripta pervertere molientes.*

32. Dicit eſſe *imitatores* diaboli, quia ipſe ad tentandum Chriſtum impiè abuſus eſt verbis S. Scripturæ Pſ. 90. *Scriptum eſt: Angelis ſuis mandavit de te* &c. Sic diabolum imitatus eſt Michael Servetus, qui ſibi ſuiſque aſſeclis applicabat illud Apoc. 12. 17. *Michaël & Angeli ejus præliabantur*, &c.

33. Secundum à S. Bernardo requiſitum in uſu S. Scripturæ eſt *Veritas.* Hæc docet cavendum eſſe ne accommodatitius ſenſus ut Litteralis aut Myſticus, ſeu tanquam verus eſſet Scripturæ ſenſus intrudatur, & proponatur; quod reprehendit S. Hieron. Epiſt. 130. ad Paulin. *Taceo de mei ſimilibus, qui ſi fortè ad Scripturas Sanctas poſt Sæculares Litteras venerint, & ſermone compoſito aures populi mulſerint, quidquid dixerint, hoc Legem Dei putant, nec ſcire dignantur, quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint: ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus, depravare ſententias, &*

Digitized by Google

28. Quod verò ſenſus Accommodatitii uſus liceat, exemplo ſuo nos docet Scriptura ipſa, docet Eccleſia, præſertim in Officio Eccleſiaſtico, docent SS. Patres, præſertim Bernardus, qui ſupra omnes in hoc excelluit, indeque etiam Melliflui nomen meritò eſt aſſecutus, dum omnes ſuos Tractatus, omnes Epiſtolas, omnes Conciones verbis ex Scriptura mutuatis pulchrè, dulciter, artificiosè contexit. Ipſe ſolummodò ab hoc uſu excipit probationem dogmatum fidei (utique, quia diceremus Scripturam aſſerere, quòd non aſſerit, vel certè nihil probaremus) in quodam loco, ubi Abaillardi aut Gilberti Porretani errores inſequitur: *Seria ſunt hæc, quæ fidem tangunt, neque admittunt ludendi licentiam illam, quam minimè reſpuit fide benè fundata devotio, aut etiam eruditio liberalis.*

29. Generaliter autem ut Accommodatio, & uſus S. Scripturæ bonus ſit, & laudabilis, juxta eundem Bernardum requiritur *Charitas* & *Veritas*, ſic enim ſcribit Sermone 51. in Cant. *Non ſanè à prudente de diverſitate ſenſuum judicabor, dummodo Veritas utrobique mihi patrocinetur; & Charitas, cui Scripturas ſervire oportet, eo ædificet plures, quo plures ex eis in opus ſuum veros erudierit intellectus. Cur enim hoc diſpliceat in ſenſibus Scripturarum, quod in uſibus rerum aſſiduè experimur? In quantos, verbi causâ, ſola aqua noſtrorum aſſumitur corporum uſus? Ita unus quilibet Divinus ſermo, non erit abs re, ſi diverſos pariat intellectus, diverſis animarum neceſſitatibus, & uſibus accommodandos.*

30. Debet igitur primò adeſſe *Charitas*; hoc eſt, ad honeſtum aliquem finem debet fieri illa accommodatio, ut v. gr. ad Proximi conſolationem, piam motionem, ædificationem; non ad nugas, aut pejora: uno verbo debet eſſe in uſu verborum ſacrorum rationabilis cauſa, conformiter ad illud Ovidii: *Non decet exiguis rebus adeſſe Jovem.* Sacrilegii ſpecies eſt verbis ſacris uti non ſacrè.

Quapropter Concilium Tridentinum Seſſ. 4. ſtatuit

in

in hunc modum : *Sacroſancta Synodus ... temeritatem hanc reprimere volens, quâ ad profana quæque convertuntur, & torquentur verba, & ſententiæ S. Scripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias ac diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos etiam famoſos; mandat & præcipit, ad tollendam hujuſmodi irreverentiam & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba Scripturæ S. ad hæc & ſimilia audeat uſurpare, ut omnes hujus generis homines temeratores & violatores Verbi Dei, juris & arbitrii pœnis per Epiſcopos coërceantur.*

31. Similes etiam acerrimè perſtringit S. Bernardus in Præfat. Sermonum ſuper Pſalm. *Qui habitat.* Ubi ait: *Nolo vos ignorare fratres, quoniam manifeſtè imitatores ſunt inimici, quicumque de Scripturis Sanctis aliquid non Sanctè uſurpant, & detinent Veritatem Dei in mendacio, ſicut ſolent quandoque nonnulli. Cavete hoc Dilectiſſimi, quia prorſus diabolicum eſt, & de parte ejus ſe eſſe probant, qui id faciunt, in ſuam ipſorum perniciem ſalutaria ſcripta pervertere molientes.*

32. Dicit eſſe *imitatores* diaboli, quia ipſe ad tentandum Chriſtum impiè abuſus eſt verbis S. Scripturæ Pſ. 90. *Scriptum eſt: Angelis ſuis mandavit de te* &c. Sic diabolum imitatus eſt Michael Servetus, qui ſibi ſuiſque aſſeclis applicabat illud Apoc. 12. 17. *Michaël & Angeli ejus prœliabantur*, &c.

33. Secundum à S. Bernardo requiſitum in uſu S. Scripturæ eſt *Veritas.* Hæc docet cavendum eſſe ne accommodatitius ſenſus ut Litteralis aut Myſticus, ſeu tanquam verus eſſet Scripturæ ſenſus intrudatur, & proponatur; quod reprehendit S. Hieron. Epiſt. 130. ad Paulin. *Taceo de mei ſimilibus, qui ſi fortè ad Scripturas Sanctas poſt Sæculares Litteras venerint, & ſermone compoſito aures populi mulſerint, quidquid dixerint, hoc Legem Dei putant, nec ſcire dignantur, quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint: ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus, depravare ſententias, &*

28. Quod verò ſenſus Accommodatitii uſus liceat, exemplo ſuo nos docet Scriptura ipſa, docet Eccleſia, præſertim in Officio Eccleſiaſtico, docent SS. Patres, præſertim Bernardus, qui ſupra omnes in hoc excelluit, indeque etiam Mellifluï nomen meritò eſt aſſecutus, dum omnes ſuos Tractatus, omnes Epiſtolas, omnes Conciones verbis ex Scriptura mutuatis pulchrè, dulciter, artificiosè contexit. Ipſe ſolummodò ab hoc uſu excipit probationem dogmatum fidei (utique, quia diceremus Scripturam aſſerere, quòd non aſſerit, vel certè nihil probaremus) in quodam loco, ubi Abaillardi aut Gilberti Porretani errores inſequitur: *Seria ſunt hæc, quæ fidem tangunt, neque admittunt ludendi licentiam illam, quam minimè reſpuit fide benè fundata devotio, aut etiam eruditio liberalis.*

29. Generaliter autem ut Accommodatio, & uſus S. Scripturæ bonus ſit, & laudabilis, juxta eundem Bernardum requiritur *Charitas* & *Veritas*, ſic enim ſcribit Sermone 51. in Cant. *Non ſanè à prudente de diverſitate ſenſuum judicabor, dummodo Veritas utrobique mihi patrocinetur; & Charitas, cui Scripturas ſervire oportet, eo ædificet plures, quo plures ex eis in opus ſuum veros erudierit intellectus. Cur enim hoc diſpliceat in ſenſibus Scripturarum, quod in uſibus rerum aſſiduè experimur? In quantos, verbi causâ, ſola aqua noſtrorum aſſumitur corporum uſus? Ita unus quilibet Divinus ſermo, non erit abs re, ſi diverſos pariat intellectus, diverſis animarum neceſſitatibus, & uſibus accommodandos.*

30. Debet igitur primò adeſſe *Charitas*; hoc eſt, ad honeſtum aliquem finem debet fieri illa accommodatio, ut v. gr. ad Proximi conſolationem, piam motionem, ædificationem; non ad nugas, aut pejora: uno verbo debet eſſe in uſu verborum ſacrorum rationabilis cauſa, conformiter ad illud Ovidii: *Non decet exiguis rebus adeſſe Jovem.* Sacrilegii ſpecies eſt verbis ſacris uti non ſacrè.

Quapropter Concilium Tridentinum Seſſ. 4. ſtatuit

in

riarum, dum ex illis ſumitur argumentum ab exemplo ſeu à ſimili, quod multum valet ad perſuadendum, & in materia morali efficaciter probat quid illicitum ſit, & quid licitum.

25. Sed non videtur mihi bona exceptio; nam in Accommodatione hiſtoriarum, non fit argumentum à ſenſu Accommodatitio, ſed à Litterali vel Spirituali, ut patet in exemplo quod Vaſquez allegat; ex eo enim quòd litteraliter dicatur de David 1. Reg. 21. circa comeſtionem panum propoſitionis, probavit Chriſtus Luc. 6. 3. Apoſtolis licuiſſe ſpicas vellere die Sabbathi, quia Lex id vetans in caſu neceſſitatis non obligabat, ut patet exemplo Davidis ſimili neceſſitate preſſi comedentis (utique licitè) panes, aliàs Laicis edi prohibitos: Unde in iſto exemplo adducto non eſt propriè ſenſus Accommodatitius, ſed uſus Scripturæ, & probatio deſumpta ex Scriptura intellectâ in vero ſuo ſenſu. Vide dicta n. 1. 2. 3. 4.

26. Pro praxi notandum Accommodationem, ſeu uſum S. Scripturæ, ſive verborum ejus, tum in vero ſenſu, tum in Accommodatitio, bonum eſſe atque utilem, ſi bono & modo, & fine fiat, v. g. ad docendum veritatem, inſtruendum, monendum &c. *Quæcumque enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt; ut per patientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.* Rom. 15. 4. Item: *Omnis Scriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia; ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus* 2. Tim. 3. 16. 17.

27. Quæ etſi præcipuè intelligantur de uſu Scripturæ in ejus vero ſenſu; tamen etiam ſenſui accommodatitio poſſunt accommodari; etenim ipſi etiam ineſt ſua utilitas, mira energia, & ſuavitas, dum in noſtris ſenſibus, ſeu mente exprimenda, ubique alludimus ad ſententias S. Scripturæ, ac ſermonem noſtrum ex verbis Sacræ Scripturæ conſtruimus; quæ intermixtio Sacrorum Verborum, vel ipſis jocis, atque facetiis, quandam addit energiam, ſuavitatem, leporem. 28.

Digitized by Google

nomine Prophetiarum, & dicatur Scripturas, has eſſe impletas tempore Chriſti, omnino aſſerendum eſt, non nudum ſenſum accommodatitium ibi eſſe, ſed verum Scripturæ ſenſum, etiam à Prophetis illis, aut ſaltem à Deo in illorum Prophetiis intentum, ſimul cum alio ſenſu, quo videbantur Prophetæ illa ſumere de ſuo tempore.

21. Videantur dicta ſuperius cap. 9. n. 15. 16. 17. quæ hic cum proportione applicata demonſtrant tum hoc quod jam contra Vaſquez reſolvi, tum quod ipſe Vaſquez aliique contra Janſenium Gandenſem aſſerunt, nimirum verum eſſe ſenſum Scripturæ vel litteralem, vel myſticum, & non merum accommodatitium in illis Exod. 12. *Nec os illius confringetis.* Oſeæ 11. *Ex Ægypto vocavi filium meum*, allatis reſpectivè Joan. 19 & Matth. 2. uti & in ſimilibus.

22. Reſolvitur ex præmiſſis, quòd ex ſenſu Accommodatitio ut tali, nequeat depromi validum argumentum, tamquam à Scriptura aſſerente ſignificatum iſtud, ad quod accommodantur ejus verba; nam, ut oſtendimus, verba quæ ad iſtum ſenſum accommodantur, non habent illum ſenſum, inquantum ſunt verba ſacræ Scripturæ illo loco ex quo deſumuntur, adeoque nihil faciunt ad probandum hoc, ad quod applicantur, quaſi Deus illud his verbis aſſereret: nam nullatenus vult Deus hoc illis verbis illo loco Scripturæ ſignificare.

23. Dixi *Ut tali*, quia, ſi ipſa Scriptura quædam verba alterius Scripturæ accommodat, tunc ſenſus quem ſecunda Scriptura, ſeu in qua prioris Scripturæ verba accommodantur, importat, eſt verus hujus Scripturæ ſenſus vel myſticus vel litteralis, & conſequenter poteſt ex hoc ſenſu validum argumentum ſumi: nam eſt verus hujus loci ſenſus; ſed reſpectu hujus ſecundæ Scripturæ, non eſt ſenſus accommodatitius, qualis tantum eſt reſpectu loci prioris Scripturæ, è quo deſumpta ſunt verba, & accommodata ad locum poſterioris.

24. A reſolutione ſtatim datâ excipit Vaſquez part. 1. quæſt. 1. Diſp. 14. cap. 7. Accommodationes hiſtoriarum,

Digitized by Google

admittunt Auctores, quòd Deus in Scriptura poſſit etiam verba alterius, ſeu prius exaratæ Scripturæ accommodare, ſeu aſſumere in alio ſenſu; tunc autem illa verba ſic poſita in ſecundo loco habebunt illum ſecundum ſenſum, tanquam ſenſum verum Dei & ſcripturæ hujus, qui tamen idem ſenſus in quantum importatur per illa verba ut ex alio loco deſumpta, erunt reſpectu illius loci è quo deſumpta ſunt, ſenſus accommodatitius; nam, ut ſupponitur, in priori loco verba illa iſtum ſenſum non habent.

18. Sic Apocalyp. 11. De duobus viris, quos ibi Joannes prædicit tempore Antichriſti prædicaturos per dies 1260. dicitur ℣. 4. *Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes:* quæ verba videntur deſumpta ex Zachar. 4. 14. *Iſti ſunt duo filii olei, qui aſſiſtunt dominatori univerſæ terræ.* Ubi tamen planè alii viri deſignantur, nempe Jeſus Filius Joſedech, & Zorobabel Dux Juda, ut paſſim omnes exponunt; cum Joannes illa prædixerit de Henoch & Eliâ juxta Auctores communiſſimè, vel de Moyſe & Eliâ juxta Maldonatum.

19. In quantum ergo illa verba ſimpliciter ſcribuntur in Apocalypſi & intelliguntur de Henoch & Eliâ, ſic eſt ibi ſenſus litteralis hujus loci Apocalypſis, ſed in quantum idem ibi ſignificant, & conſiderantur ut deſumpta ex Zacharia, & ut in Zacharia de Jeſu & Zorobabel tantùm verificantur, ſic eſt ſolummodò Accommodatio, & ſenſus Accommodatitius verborum Zachariæ. Idem videtur 1. Machab. 7. ℣. 16. & 17. *Secundum verbum quod ſcriptum eſt: Carnes Sanctorum tuorum, & ſanguinem effuderunt in circuitu Jeruſalem, & non erat qui ſepeliret.* Pſalm. 78. 1. 2. 3. Vide etiam 1. Machab. 1. 41.

20. Idem volunt aliqui de verbis Matth. 15. *Populus hic labiis me honorat* &c. reſpectu Iſaiæ 29. ubi ſimilia habentur, & illa Iſaiæ 6. *Auditu audietis*, &c. relata variis locis in Novo Teſtamento, ac illa Pſalmi 77. *Aperiam in Parabolis os meum*, accommodata Matth. 13. Sed cum in Novo Teſtamento illa adducantur ſub

nomine

ſus accommodatitius falſus eſt aut hæreticus v.g. Hæc verba: *Pater major me eſt*, applicata ab Ariano ad aſſerendum Filium in Divinis eſſe Patre in eſſentia inferiorem. Item hæc. *Hi tres unum ſunt*, à Sabellio adducta pro ſua hæreſi negante Trinitatem perſonarum.

15. Deinde frequenter, etiam dum illa applicatio, ſeu accommodatio pia eſt, ipſa tamen, ſeu ſenſus per illam intentus totus eſt contra textum Scripturæ, de qua verba aſſumpta ſunt, adeòque ſenſus illis verbis à loquente inditus & affixus, repugnat quoad veritatem cum ſenſu vero iſtius Scripturæ, ut Scriptura eſt &c. ſic hæc verba Luc. 11, 5. *Quis veſtrum habebit amicum*, ſi legas interrogativè, & applices, ſeu intelligas, quaſi nemo ſincerum amicum haberet, prout quandoque pro Concione applicari audivi; ſic, inquam, applicata deſtruunt verum ſenſum Chriſti, in verbis illis contentum, qui eſt Aſſertivus, & Hypotheticus, q. d. ſupponamus, ſeu caſus ſit, quòd aliquis habeat amicum, & quod eat ad eum &c. Unde in editione correcta Vulgatæ, habentur ſine interrogatione, qualiter etiam nota interrogationis deeſt ibidem in Græco textu. Idem evenit in illis verbis Moyſis & Chriſti: *Non in ſolo pane vivit homo*, dum ſumuntur hoc ſenſu: homo ut vitam commodè intertineat, indiget aliis cibis, præter panem.

16. Senſus igitur accommodatitius impropriè vocatur Scripturæ ſenſus, & ut ſic dicam tantùm accommodatè, ſicut homo pictus impropriè, & tantùm accommodatè vocatur homo; undè ubi talis accommodatio eſt, non eſt verborum S. Scripturæ ſenſus, ſed uſus, & utinam non frequenter graviſſimus abuſus! dum ſacratiſſima Dei verba non ſolum ad nugas, jocos, & frivola; ſed & ad calumnias, libellos famoſos, impia ac nefenda, Hæreſes ſtabiliendas, & magias exercendas adhibentur.

17. Dixi n. 9. Senſum accommodatitium non eſſe intentum à Deo *illo loco Sacræ Scripturæ*, ex quo verba, quæ accommodantur deſumpta ſunt. Quia paſſim ad-

Digitized by Google

ſignificandum, quod per illa verba Deus, ſeu Scriptura ſignificare non intendit.

11. Patet hoc etiam experientiâ, quia ſæpè verba S. Scripturæ ad ſenſus, & dicta planè exotica, adagia, jocos, & utinam! non ſæpè ad falſa, ſcurrilia, impudica, ſignificandum accommodantur: Quis autem dixerit tunc eum eſſe ſenſum à Scriptura, ſeu Deo intentum, ad quem indicandum loquens verba Scripturæ adfert? Imò nequit eſſe Dei, ſeu Scripturæ ſenſus, cùm utique Deus falſum, blaſphemum, impudicum, impium aſſerere non poſſit, quod tamen tunc ea verba ex mente applicantis, ſeu accommodantis aſſerunt.

12. Verbi gratiâ (ut falſa, abſurda, impia meritò omittam) nemo dixerit Job, aut Deum intendiſſe per illa verba Job 13. 25. *Contra folium, quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris.* Nemo, inquam, dicet per hæc Jobum, aut Deum ſignificare voluiſſe Pontificem impoſiturum Vectigal ſuper Tabacum, licet eo à Papa Impoſito, ut narratur, aliquis pro dicterio famoſo hunc Scripturæ locum ad hoc Romæ ingenioſè, ſed profanè accommodaverit. Sic & ille Cardinalis de quo refertur, quod interrogatus ab alio: quem faciemus Pontificem? De Cardinali *Bona* intelligens, accommodabat iſta: *Qui timet Deum faciet* BONA.

13. Nec refert, quòd Deus illam accommodationem præviderit, & congruentiam noverit, quam verba Scripturæ habent ut etiam illud ſignificent ad quod ab accommodante applicantur; nam non ideò Deus illum ſenſum accommodatum intendit; præviſio enim ſolùm infert decretum permiſſivum accommodationis, intentio autem eſt determinata voluntas, & poſitiva diſpoſitio; imò in præſenti materia eſt aſſertio, & locutio, quæ in omni accommodatione ex parte Dei nequit haberi, ut jam oſtendimus.

14. Evidentiſſimè verò idipſum patet, ex eo quòd ſæpè fit impia iſta accommodatio, v. gr. dum fit ad impudica, aut blaſphema ſignificanda; item dum ſen-

Digitized by Google

tûs, ad hoc uteretur his verbis Regis Achis ad David 1. Reg. 29. 6. *Non places Satrapis*. Senſus hic nec eſſet Regis Achis, nec ab ipſo intentus fuit. Item (ut reflexit etiam S. Hieron. Epiſt. 103. ad Paulinum cap. 6.) ſi quis vellet ad Chriſti Nativitatem indicandam uti his Virgilii Verſibus: *Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna. Jam nova Progenies Cœlo dimittitur alto*. Et Deum Patrem ad Filium loquentem hoc ejuſdem: *Nate, mea vires, mea magna potentia ſolus*. Et poſt verba Salvatoris in Cruce: *Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat*. Quos ſenſos Accommodatitios certum eſt Virgilium nec intendiſſe, nec cognoviſſe. Sic etiam ſolent Medici accommodare dum de Pulvere Quinquinæ ſumpto contra Tertianas, & Quartanas febres dicunt: *Eſt ejicere Dæmonium per Beelzebub*. Volentes indicare magìs corpori nocere iſtum pulverem, quàm febres ipſas.

9. Ita pariter in Sacræ Scripturæ verbis eſt ſenſus accommodatitius, dum S. Scripturæ verba uſurpantur ad aliquem ſenſum, ſeu ad aliquid ſignificandum, quod Spiritus Sanctus in loco, ex quo deſumpta ſunt non intendit per illa verba indicare. De quo habes exempla. n. 2. & 4. Hoc ſenſu accommodat, & applicat Eccleſia in Officio Eccleſiaſtico cuivis Confeſſori Pontifici illud dictum de Noë Eccli. 44. 17. *Inventus eſt juſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*. Et illud ibidem ℣. 20. de Abraham dictum: *Non eſt inventus ſimilis illi*. Item alia ibidem ſcripta de Iſaac, Jacob, & cap. 45. de Moyſe, ac Aaron.

10. Ex quibus ſequitur, & patet ſenſum Accommodatitium in quantum talis eſt, non eſſe tertiam aliquam ſpeciem ſensûs S. Scripturæ; quaſi foret addendus litterali, ac myſtico; nam utique ad alterutrum, ſcilicet mediatum; vel immediatum ſignificatum pertineret. Imò patet ipſum non eſſe verum S. Scripturæ ſenſum, utpote non à Deo illo loco S. Scripturæ intentum, ſeu aſſertum; loquens enim tantùm utitur illis iiſdem quibus Scriptura verbis, ſed ad aliud aliquid ſigni-

accommodando Scripturam, non ſint eadem Accommodatio Scripturæ, & ſenſus Accommodatitius, quæ duo quidam videntur confundere. Nam Accommodatio illa eſt uſus, & applicatio, verborum S. Scripturæ ad ſignificandum aliquid per illa verba, quod Deus illis verbis Scripturæ ſignificare non intendit. Ut v.g. ſi frater Minor curialiter ſe excuſans, ne à *Majore* alicujus pagi, vel urbis ſibi aliquod ſervitium exhibeatur, dicat interrogativè ad propoſitum: *Major ſerviet Minori?* Intendens uti his verbis, quæ ſcripta ſunt, non ad hoc, ſed ad aliud indicandum Gen. 25.23.

5. Senſus verò Accommodatitius eſt non ipſa Sacrorum Verborum Accommodatio, ſeu uſurpatio; ſed ſenſus ſeu ſignificatio quàm illa verba habent ſic uſurpata, ſeu ex intentione taliter Accommodantis, & non ex intentione Dei per Scripturam loquentis. Ut v.g. in exemplo jam dato, ſignificatio quâ tunc vox *Major* ex intentione loquentis, & Accommodantis ſignificat Officialem quemdam pagi vel urbis, & vox *Minor* ſignificat præciſè Fratrem Minorem, vel Religioſum Ordinis S. Franciſci.

6. Ex præmiſſis ſenſus Accommodatitius S. Scripturæ deſcribi poteſt hoc modo: *Eſt ſenſus quem verba loci alicujus S. Scripturæ habent, non ex intentione Dei loquentis illo loco S. Scripturæ ex quo deſumpta ſunt, ſed quem habent ex intentione loquentis, aut ſcribentis, & illa verba applicantis ad aliquid aliud ſignificandum.*

7. Nam tunc cenſetur dari hic ſenſus Accommodatitius, quando verba alicujus ſcribentis, aut loquentis, per quandam extenſionem, & accommodationem applicantur ad aliquid ſignificandum, quod illorum primus ſcriptor, aut prolator ex quo deſumuntur, non intendit ſignificare per illa verba, dum ea ipſe proferret, aut ſcriberet.

8. Exempli cauſa, ſi quis volens indicare aliquem non eſſe in gratia Superiorum, Principum, Magiſtra-

Energumenos. Præterea dupliciter poteſt fieri accommodatio Verborum, aut etiam Hiſtoriarum S. Scripturæ, ſeu uſurpatio, & uſus eorum; nam poſſumus verba S. Scripturæ uſurpare ad aliquod intentum, & proferre, atque allegare, ſumendo illa in eodem ſenſu, in quo ea dictavit Spiritus Sanctus, v. g. dum volens probare Incarnationem Filii Dei, allego illud Joannis 1. *Verbum Caro factum eſt*, & jungo illud ibidem: *Deus erat Verbum*. Idem eſt de Hiſtoriâ, v. g. proponendo Paſſionem Chriſti, ut inde homines moveam &c.

2. Secundò poſſum uſurpare verba S. Scripturæ, & allegare in alio ſenſu, ſeu aliud volendo per illa ſignificare, quàm intenderit Spiritus Sanctus per illa verba, quibus ego utor, v. gr. dum illis verbis Chriſti Matth. 5. 27. *Dictum eſt antiquis: Non mœchaberis.*, utor ad jocum coram aliquo Sene, tamquam illud Præceptum datum foret, & hæc verba dicta ſpecialiter Senibus & Veteranis, quaſi eſſent hi ad adulterandum junioribus procliviores, atque ideò ſpecialiter propter illos legem hanc tuliſſet Deus: Cùm tamen illud Chriſtus intelligat de *antiquo* tempore, ſeu Judæis viventibus tempore Moyſis, dum lex data eſt.

3. Hoc capite de illa ultima accommodatione agimus, non de prima, quæ non uſurpat Scripturam, niſi in ſenſu ejus vero ſive myſtico, ſive litterali, v. g. dum ſententias & facta relata in Scriptura uſurpamus, & illa accommodamus ad docendum, movendum, utendo ſententiis exemplisque Scripturæ, ut ad bonum hortemur, à malo retrahamus, & avertamus, perfectionem ſuadeamus, fidei dogmata aſtruamus, vel defendamus, & concluſiones aut conſequentias Theologicas, vel morales deducamus. Sic ipſe Chriſtus ex Scriptura, in vero ejus ſenſu eam accipiendo, ſæpiùs proceſſit, ſententiaſque allegavit, & exempla de David, Salomone, Reginâ Sabâ, Ninivitis, uxore Lot, Sodomitis, Diluvio; item de dictis Prophetarum &c.

4. Notandum præterea, quod etiam ſecundo modo accom-

eſt inſtrumentum deficiens (id eſt non tantæ dignitatis, nec infinitæ ſcientiæ, ſicut cauſa principalis, ſeu Deus) *etiam veri Prophetæ non omnia cognoſcunt, quæ in eorum viſis, aut verbis, aut factis Spiritus S. intendit.* Poſſumus ab omnimodâ identitate rationis addere: *aut etiam ſcriptis*, & maximè hoc locum habere puto in illis Prophetis, qui vel neſciebant ſe loqui, aut ſcribere ex inſtinctu Divino; vel ſaltem minus excellentes erant.

17. Imo etiam ad ſtrictum verum Prophetam ſufficit ut aliqua intelligat; *Intelligentia eſt opus in viſione.* Dan. 10. ℣. 1. Licet non intelligantur omnia ſignificata, & intenta à Deo per illam Prophetiam, aut Viſionem oſtenſam. Sanè Daniël Propheta erat; attamen ea quæ cap. 7. 16. viderat, non intellexit niſi poſteà edoctus. Uti & ſimile occurrit Dan. 12. 8. Vide Act. 10. 22. Deinde non eſt etiam neceſſe ut Hagiographus ſit Propheta.

18. Nota tamen pro fine, quòd ſi quandoque Deus aliquos ſenſus Scriptori Sacro non revelet, qui tamen verè in ejus ſcriptis latent, ſeu continentur, poſteà tamen debeat illos Deus ipſi, vel alteri, & Eccleſiæ revelare, ut ſenſus hi de fide ſint certi. Sic v.g. Paulo revelatum fuit, & per ipſum nobis Hebr. 1. Quòd illius loci 2. Reg. 17. ℣. 14. *Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium*, etiam ſenſus Myſticus, vel Litteralis, (prout alii volunt) ſit de Chriſto.

CAPUT XV.

De Senſu Accommodatitio.

1. Accommodatio S. Scripturæ eſt ejus, ſeu verborum illius uſus, qui poteſt eſſe varius, v.g. dum pro Amuleto utimur Evangelio S. Joannis contra maleficia, fulmina, aliaque pericula, tum materialiter iſtud ſcriptum geſtando, tum formaliter, illud recitando. Item dum verba illa Sacra proferimus exorcizando

Digitized by Google

cap. 21. Sect. 2. Accedit S. Aug. lib. 3. de Doct. Chriſtiana cap. 7. *Ille quippe Auctor*, Hagiographus, *in iiſdem verbis, quæ intelligere volumus, & ipſam ſententiam forſitan vidit, & certè Dei ſpiritus, qui per eum hæc operatus eſt, etiam ipſam occurſuram Lectori, vel Auditori ſine dubitatione prævidit, imò, ut occurreret, quia & ipſa eſt veritate ſubnixa, providit.*

13. Ubi quidem per *Forſitan* loquitur, ſed magis aſſertivè lib. 12. Conf. c. 31. *Nolo Deus tam præceps eſſe, ut hoc illum Virum* (Moyſen) *de te meruiſſe non credam, ſenſit ille omnino in his verbis, quidquid hic veri potuimus invenire, & quidquid nos non potuimus, aut nondum poſſumus, & tamen in eis inveniri poteſt.* Sed caput 27. lib. 3. de Doctr. Chriſt. multò ſeriùs ſcripſit Auguſtinus quàm libros Confeſſionum, ut patet ex lib. 2. Retract. cap. 4. ubi Auguſtinus dicit ſe à cap. 25. libri tertii libros illos perfeciſſe cùm ſcriberet libros Retractationum.

14. Similiter ad idem multùm inclinat S. Thomas, ſed pariter non abſolutè reſolvit Quodl. 7. art. 14. ad 5. *Nec eſt etiam inconveniens, quòd homo, qui fuit auctor inſtrumentalis Sacræ Scripturæ, in uno verbo plura intelligeret, quia Prophetæ, ut Hieron. dicit ſuper Oſeæ ita loquebantur de factis præſentibus, quòd etiam intenderunt futura ſignificare.*

15. Clariùs idipſum aſſerit q. 4. de Potent. art. 1. in Corp. *Non eſt incredibile Moyſi, & aliis Sacræ Scripturæ auctoribus hoc divinitus eſſe conceſſum, ut diverſa vera, quæ homines poſſent intelligere, ipſi cognoſcerent, & ea ſub unâ ſerie litteræ deſignarent, ut ſic quilibet eorum ſit ſenſus auctoris: unde etiamſi aliqua vera ab Expoſitoribus Sacræ Scripturæ Litteræ aptentur, quæ auctor non intellexit, non eſt dubium, quin Spiritus Sanctus intellexerit, qui eſt principalis auctor Divinæ Scripturæ.*

16. Aliunde pro oppoſito facit, tum quod ex Auguſtino diximus de Matthæo ſupra n. 3. tum quod S. Thomas dicit 2. 2. q. 173. art. 4. *Quia mens Prophetæ eſt*

poſſet pariter, ſi vellet, procedere cum hominibus illis, per quos nobis ſcripto loqueretur, hoc eſt in Scriptura; Imo juxta S. Aug. ſic fortè proceſſit Deus cum Matthæo cap. 27. ſcribente: *Quod dictum eſt per Prophetam Jeremiam*; nimirum etſi Matthæus ex inadvertentia fortè putaverit hoc Jeremiam ſcripſiſſe quod ſcripſerat Zacharias; Deus tamen per hæc ejus verba intenderit hunc ſenſum: *Quod dictum eſt per eumdem illum Spiritum, qui locutus eſt per Jeremiam.* Ita S. Auguſt. lib. 3. de conſenſu Evang. cap. 7.

9. Porrò etſi Deus ſic procedere potuiſſet; attamen paſſim aliter proceſſiſſe videtur, & cum Hagiographi Scripturas quas habemus liberè ſcripſerint, neque meri amanuenſes fuerint, ſed ſecundarii Authores, omninò veriſimile eſt illos ſaltem aliquem genuinum ſenſum à Spiritu S. intentum cognoviſſe, & ſcribendo intendiſſe, licet dum neſcirent ſe ſcribere ex inſtinctu Spiritus Sancti (prout ignoraſſe videtur Scriptor libri ſecundi Machabæorum, ob ea, quæ habet 2. Machab. cap. 2. ℣. 24. & cap. 15. ℣. 39.) etiam neſciverint illum ſenſum, quem ſcribendo cognoſcebant, & intimare legentibus volebant, à Deo pariter eſſe intentum.

10. Suadetur hoc ex eo, quòd nullum ſit inconveniens, cur illam notitiam Hagiographo negemus, ſed econtrariò magis videtur conveniens vero ſacro Scriptori, quòd aliquem ſenſum ſacrum ſcripto ſuo ſcienter & volenter exprimat. Denique ſuadetur à fortiori ex ſequentibus.

11. Nam credibile inſuper eſt, & multum veriſimile (licet non omninò certum), quod illi ſaltem Hagiographi, qui pietate ac fide emicuerunt, ac ſe à Deo inſpirari cognoſcebant, quales fuerunt Moyſes, David, Iſaïas, Joannes; quod, inquam, hi ſenſus omnes à Deo intentos in Scriptura, quam exarabant, cognoverint, tam ſpirituales, quàm litterales.

12. Hoc, circa ipſos ſenſus myſticos docet S. Hilarius in Expoſit. Pſ. 2. Item Origenes tom. 6. in Joan. quorum verba ſat longa adfert Bonfrerius Præloq.

 cap.

5. Reſolvo ſecundò abſolutè fieri poſſe ut Scriptor ſeu Hagiographus dum ſcribit inſpirante Spiritu Sancto, intelligat, & ſignificare intendat ſenſum aliquem falſum, aut impium, átque alienum à ſenſu, quem intelligit, & ſignificare intendit Spiritus Sanctus per eadem ſcripta verba. Ratio eſt eadem, quæ reſolutionis prioris, quia Scriptura magis eſt verbum Dei; imo in quantùm Scriptura eſt, præciſè eſt verbum Dei, & non iſtius hominis ſcribæ.

6. Deinde non eſt apparentia diſparitatis cur hoc minus fieri poſſit in verbo Dei ſcripto, quàm dicto, ſeu ore tantùm prolato: ibi autem factum eſſe patet ex Joan. 11. circa Caïpham, dum dixit ℣. 50. *Expedit vobis ut unus moriatur homo pro populó, & non tota gens pereat.* Subdit enim Evangeliſta ℣. 51. *Hoc autem à ſemetipſo non dixit; ſed cùm eſſet Pontifex anni illius prophetavit, quòd Jeſus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum.* Q. d. Quia Caïphas Pontifex erat, Deus illud per os ejus dixit, & hoc ſignificare intendit; hunc autem ſenſum Caïphas nec cognovit, nec intendit, ſed alium planè politicum, impium, falſum, quo his verbis indicabat, ac judicabat, bonum eſſe atque expediens ut Chriſtus occideretur ad ſtabilitatem Reipublicæ; unde præceſſerant hæc Phariſæorum verba: ℣. 48. *Si dimittimus eum ſic, venient Romani & tollent noſtrum locum, & Gentem.*

7. Sic etiam videtur Iſaias non cognoviſſe ſenſum genuinum ſuæ Prophetiæ de morte *Ezechiæ*, quam prædicebat, niſi poſteaquam illam jam enuntiaſſet cognovit, ſeu divinitus inſtructus fuit tantùm eſſe comminatoriam. Idem accidit Jonæ quoad illa ſua verba: *Adhuc 40. dies, & Ninive ſubvertetur.* Jon. 3. 4. Iſaias dixerat ℣. 1. *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu.* Iſaiæ 38. Vide ibi hiſtoriam, & 4. Reg. 20.

8. Sicuti ergo in illis tribus exemplis Deus alium ſenſum habebat, ſeu verba illa ex intentione Dei aliud ſignificabant, quam noverant homines proferentes; ſic

poſſet

Digitized by Google

CAPUT XIV.

De Notitia Hagiographorum quoad Senſus S. Scripturæ.

1. DOctores paſſim inſtituunt hanc quæſtionem: An ſenſus omnes S. Scripturæ cogniti fuerint, aut cognoſci & intendi debuerint ab Hagiographis, hoc eſt *Sacris Scriptoribus*, ita dictis ab ἅγιος *Sanctus*, & γράφω. *ſcribo.* Id eſt ab illis hominibus, qui inſpirante Deo, & per os aut calamum eorum loquente, Sacros Scripturæ libros ſcripſerunt, aut ſaltem aliis meris amanuenſibus dictarunt, prout fecerunt Jeremias circa ſuam Prophetiam, Paulus quoad Epiſtolam ad Romanos, & veroſimilius etiam S. Joannes quoad ſuum Evangelium.

2. Reſolvo ergo primò neceſſe non fuiſſe, ad hoc ut aliquis ſit verus Scripturæ ſenſus, quòd eum cognoverit, & intenderit Hagiographus, ſeu homo ſcriptor libri ſacri, adeoque non fuit neceſſe ut Hagiographi omnes ſenſus tam myſticos, quàm litterales cognoverint.

3. Ratio eſt, quia non eſt ulla vel imaginaria impoſſibilitas in eo, quòd Spiritus Sanctus alicui dictaret Scripturas, ita ut ille cui dictat eſſet merus amanuenſis; imo dictaret in idiomate iſti cui dictatur ignoto; tunc autem nullum ſenſum eorum, quæ ipſi dictantur cognoſceret ille Scriba, ſicuti in ſimili quoad loquelam fecit Deus in aſina Balaam. Num. 22.

4. Ulterior ratio eſt, quòd non tam ipſe homo ſcriba ſit, qui loquitur per Scripturam, quàm Spiritus Sanctus, qui ipſo tamquam inſtrumento utitur, adeòque in rigore ſufficit, quòd Spiritus Sanctus ſenſum cognoverit, & illum, vel illos intenderit. Sicuti ſufficit ad veram Scripturam alicujus, quòd ipſo dictante ſuo nomine, ſcribat amanuenſis, licet hic, quia fortè non novit linguam in qua ſcribit, & ipſi dictatur, ne verbum intelligat eorum quæ ſcribit.

5. Re-

Digitized by Google

& torquent, manifeſtè contra contextum litteræ intelligendæ prout jacet, cùm ſæpiſſimè nihil obſtet aliud quàm ſpeculatio iſtorum: De hoc exceſſu ſæpe eſt ab Hieronymo reprehenſus Origenes, v. gr. Proloq. lib. 35. in Iſaïam, item ad 27. & 28. cap. Jerem. & à S. Auguſtino Philo Judæus.

13. Sic etiam in ſimili, qui dies mundi primos ita interpretaretur, ut non niſi cognitiones Angelicas per illos intelligi vellet, per lucem primâ die factam non niſi Angelos &c. nimium excederet, & hiſtoriæ veritatem ſeu litteralem ſenſum deſtrueret; quòd verò S. Auguſtinus ſic aliquando explicaverit; puto eum proceſſiſſe, non negando id quod littera ſatis apertè dicit, accepta ut jacet, prout ipſam paſſim omnes alii accipiunt, & ipſe etiam Auguſtinus alicubi; ſed illo ſenſu ſuppoſito, & quia clarus erat, neglecto, Allegorias, & alios myſticos ſenſus piè rimaſſe Auguſtinum.

14. Prout etiam non puto, quòd Hiſtoriæ duplicis veritatem negare voluerit Hieronymus, dum lib. 1. adverſus Jovin. ad illa Joſue 5. *Cum Populus Iſraël veniſſet in Galgala, ibi ſecundò eſt circumciſus*, ſcribit: *Hoc ſi juxta litteram accipimus, penitùs ſtare non poteſt. Si enim duplex haberemus præputium, vel circumciſa pellicula iterum naſceretur, rectè ſecunda circumciſio haberet locum. Nunc autem hoc ſignificatur, quòd Jeſus cultello Evangelii, populum qui per deſertum venerat circumcidit.* Et Epiſt. ad Nepot. *Quæritur puella de univerſis finibus Iſraël Abiſag Sunamitis, quæ cum Rege dormiret, & ſenile corpus calefaceret. Nonne tibi videtur, ſi occidentem litteram ſequaris, vel figmentum eſſe de mimo, vel Atellanarum ludicra? Frigidus ſenex obvolvitur veſtimentis, & niſi complexu adoleſcentulæ non tepeſcit. Vivebat adhuc Bethſabeë, ſuperarat Abigail, & reliquæ uxores ejus &c.*

ſionem typicam in arcem fidei fabricam mentis erigimus. Auguſt Serm. de Abraham. *Admonemus, & in quantum poſſumus, præcipimus, ut quando audiſtis exponi Sacramentum Scripturæ mandantis quæ geſta ſunt, prius illud factum eſſe credatis ſic geſtum, quomodo lectum eſt, ne ſubtracto fundamento rei geſtæ, quaſi in aëre quæratis ædificare.*

9. Conſonat Hieron. in illud Abdiæ ℣. 2. *Parvulum dedi te. In interpretatione Prophetica debemus ordinem noſtrum ſequi, ut primùm hiſtoriæ fundamenta jaciamus, deinde ſi poſſumus excelſas turres, & tectorum culmina ſuberigamus.* Ibidemque in Procem. fatetur ſe in hoc dum juvenis eſſet, exceſſiſſe, prout excedunt multi, dum parùm congruenter & cohærenter ad litteram alicujus Scripturæ, aut ad hiſtoriam in Scriptura deſcriptam, moralizant & allegorizant.

10. In quo ſæpè contingit alius magnus abuſus; & tertius cavendus exceſſus, ne nimirum multa humani ingenii figmenta pro ſenſibus myſticis vendantur ab aliquibus parum in Scriptura fundatis, & non ſolidè ſuper litteram illius ædificantibus, ſicque proponatur, in Concionibus præſertim, pro vero Dei Verbo, ſpeculatio merè humana, non ſatis cohærenter ad Scripturæ litteram excogitata, & vix, aut ne vix in Scripturæ ſenſu litterali fundata.

11. Iſtud eſt quod in Origene reprehendit Hieronymus Epiſt. 147. ad Amandum: *Origenes ingenii ſui acumina putat Eccleſiæ eſſe Sacramenta.* Cujus ſomnia poſtquam idem Sanctus retuliſſet in Cap. 29. Jerem. ſcribens ſubdit: *Quæ cùm audiunt diſcipuli ejus, & Grunniana familia ſtercora, putant ſe divina audire myſteria, noſque qui iſta contemnimus, quaſi pro brutis habent animantibus, & vocant Pylouſiotas, eo quòd in luto iſtius corporis conſtituti, non poſſimus ſentire cœleſtia.*

12. Quartò denique cavendum eſt, ne ſenſus Myſticus deſtruat litteralem, in tantùm enim quandoque ſunt Allegoriis intenti aliqui, ut hiſtoriæ narratæ veritatem vel negent, vel ſuâ expoſitione myſticâ turbent

Digitized by Google

cujus dicitur in Aggæo 2. 8. *Deſideratus cunctis Gentibus*, & Gen. 49. 26. *Deſiderium collium æternorum.* Item deſiderio quod omnes boni & fideles habent videndi vultum Chriſti in cœlo, *In quem deſiderant Angeli proſpicere*. 1. Petr. 1. 12. Et ita de cæteris geſtis Salomonis, ſaltem laudabilibus.

8. Inſuper aliqua notanda ſunt, ſeu obſervanda in eruendis Senſibus Myſticis, ac in primis, ut moderatè fiat, non nimis deferendo, & ſpernendo ſenſum litteralem, ut ſolis quaſi Allegoriis intenti ſimus; nec è contrario Myſticas explicationes parvipendendo, quaſi meræ forent ſpeculationes, & ingenioſæ hominum adinventiones. Monitum igitur ſequamur S. Gregor. Nazianz. Orat. 2. de Paſchat. *Mediâ quâdam viâ inter eos, qui craſſiori omninò ingenio ſunt, & eos qui nimiæ contemplationis, & Analogiæ ſtudio ducuntur, incedentes, ut nec prorſus inertes ac torpidi maneamus, nec rurſus curioſiores ſimus, quàm par ſit; alterum enim Judaïcum quodammodo & abjectum, alterum ineptum ac ſomniorum conjectore dignum eſt, paremque utrumque reprehenſionem meretur.*

9. Secundò debet Senſus ille Myſticus eſſe innixus ſenſui litterali, & poſſe commodè illi aptari, abſque eo quòd contortè & violenter ex illo elici debeat. Nam ut reflectit S. Thomas 1. part. q. 1. art. 10. in Corp. *Senſus ſpiritualis ſuper litteralem fundatur, & eum ſupponit*. Et Quodl. 7. art. 14. ad 3. *Spiritualis expoſitio ſemper debet habere fulcimentum ab aliqua litterali expoſitione S. Scripturæ*. Hinc Hugo de S. Victore acriter invehitur in illos, qui Myſtico Senſui toti intenti litteralem negligunt, libro de Script. Cap. 5. *Cum igitur myſtica intelligentia non niſi ex iis, quæ primo loco littera proponit, colligatur, miror quâ fronte &c. ... Noli itaque de intelligentia Scripturarum gloriari, quamdiu litteram ignoras: noli ſaltum facere, ne in præcipitium incidas.* Vide ſupra cap. 4. n. 8.

10. Idem docent SS. Patres. Gregor. Prolog. 1. in Job *Primùm fundamenta hiſtoriæ ponimus, dein per ſignificationem*

Digitized by Google

nitatem Dei Genitrix. De Virginitate Deiparæ pariter hanc viſionem interpretantur *Theodoretus*, *Rupertus*, *Hugo de S. Victore* ad cap. 3. Exod. *S. Bernardus* Serm. 2. ſuper *Miſſus eſt.* *S. Gregorius Niſſenus* Oratione de Chriſti Nativ. &c.

5. Poteſt ulterius de veritate, ſeu ſubſiſtentia veri ſensûs Myſtici conſtare ex definitione Eccleſiæ, Pontificum, aut Conciliorum. Item ex unanimi conſenſu Patrum aliquem S. Scripturæ locum in certo ſenſu Myſtico explicantium, v. g. de Iſaac ducto ut immolaretur; prout verò magìs vel minùs unanimis eſt Patrum conſenſus, eo cæteris paribus magìs vel minùs certum erit, ſenſum, de quo agetur, eſſe à Spiritu S. intentum, ſeu eſſe verum Scripturæ ſenſum Myſticum.

6. Denique ſubinde tanta eſt Analogia, proportio, congruentia inter figuram aliquam Veteris Teſtamenti, & rem in Novo Teſtamento exhibitam, ut difficile ſit, modò deſit pertinacia, & cavillandi libido, hujuſmodi ſenſum Myſticum negare; maximè ubi ad hujuſmodi ſenſum, aditum quemdam, & fundamentum præbet ipſa Scriptura.

7. Exempla plura allegat Bonfrerius in Præloquiis cap. 20. Sect. 4. Nos unum demus: Quia ex Scriptura, & Eccleſiæ ſenſu conſtat, Salomonem fuiſſe expreſſam figuram Chriſti Domini & Regnum ejus præfiguraſſe ſpirituale Regnum Chriſti; hinc fundamentum ſolidiſſimum habemus, ut myſtico ſenſu applicemus Chriſto, quæ in Salomone fuerunt, nec in Scriptura Chriſto applicantur. V. gr. opes & magnificentiam Regni Salomonis, opibus ſpiritualibus & magnificentiæ Regni Chriſti; ſapientiam illius, hujus tum increatæ, tum infuſæ ſapientiæ. Templum ab ipſo immenſis ſumptibus tam ſplendidè ædificatum; Eccleſiæ tum militanti tum triumphanti Chriſti infinitis ſumptibus, ſeu ipſius meritis, & pretioſo Sanguine elegantiſſimè inſtructis. Quod omnes deſiderabant videre vultum Salomonis; deſiderio ſaltem rationabili, quod totum genus humanum habuit videndi Salvatorem, ratione

cujus

CAPUT XIII.

Quomodo inveſtigandus ſit Senſus S. Scripturæ.

1. HUic quidem rei totum præſens deſervit Opuſculum; non tamen ſufficit, quia, ut bene notavit Hieronymus in Eccle. 1. *Non poſſumus ſcire Scripturæ ſenſum, niſi eum per verba diſcamus.* Primò igitur neceſſarium eſt ut intelligantur verba Scripturæ, ad quod valdè conducit *Dictionarium*, quo difficilioris intelligentiæ voces, quæ in Vulgata Latina editione occurrunt, explicantur; quale nuper à me prælo datum, in pluribus auctum atque reviſum, iteratò forſitan brevi reimprimetur, prout & *Canones*, ſeu *Regulæ*, quæ ſerviunt ad intelligentiam integrarum Periodûm S.Scripturæ, quod eſt alterum requiſitum, ut genuinus ſenſus Verbi Dei poſſit inveſtigari; habet enim S. Scriptura ſingulares Phraſes, modoſque loquendi, non adeò obvios.

2. Hæc quidem præcipuè concernunt notitiam Senſus Litteralis, pro qua proinde Lectorem remittimus ad utrumque aſſignatum Opuſculum, vel ad ſimilia per Alios edita.

3. Quoad Senſum Spiritualem ſeu Myſticum alicujus loci, de eo inprimis conſtare poteſt ex aliis Scripturis, præſertim ex Novo Teſtamento, in quo varia Veteris paginæ loca myſticè allegantur & explicantur, v. g. Matthæi 2. 15. Locus Oſeæ 11. 1. Joannis 19. 36. Locus Exodi 12. 46. Pleraque alia exempla ſunt paſſim ſuperius allegata.

4. Secundò ex traditione ac Senſu Eccleſiæ. Hoc modo ſatis indubitatum eſt per Rubum ardentem & non combuſtum Exod. 3. Præfiguratam fuiſſe B. Mariæ illibatam cum fœcunditate Virginitatem. Canit enim Eccleſia: *Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, conſervatam agnovimus tuam laudabilem Virginitatem*

ipſo myſticus enaſcitur, eſtque litteralis ſenſus myſtici fundamentum & baſis, ut patet ex ſupradictis. Non ita dependet litteralis à myſtico.

4. Secundò univerſalitate, quia litteralis in omni Scripturæ loco eſt, non ita myſticus. Potior etiam pars præſtantiorque Scripturæ, cujuſmodi eſt Novum Teſtamentum, ſenſu litterali circa res præſtantiſſimas, ſubtiliſſimas, ac diviniſſimas verſatur. Unde etiam in Novo Teſtamento rariùs ſenſus myſtici locum habent, ſeu non tam obvii ſunt.

5. Tertiò myſticum excedit litteralis virtute & efficaciâ, quia plerumque eſt certior, ſicque ad probandum, res fidei confirmandas, erroreſque revincendos, vim majorem, & energiam, ac utilitatem habet.

6. Aliâ verò conſideratione ſpiritualis ſenſus præeminet litterali. Primò ſi cum ſenſu litterali ejuſdem loci conferatur; nam tunc ſpiritualis ordinariè eſt de rebus præſtantioribus & ſublimioribus, utpote de Christo, Eccleſia, Deo &c. Litteralis autem ejuſdem loci ordinariè tunc eſt de rebus corporalibus & terrenis, propterea que aptis ut habeant rationem figuræ ac umbræ, comparatione rerum præſtantiorum.

7. Ex quo habetur ſecunda præeminentia, ſcilicet quòd comparatione factâ ad eumdem locum, myſticus principaliter & primariò ſit intentus quaſi per modum finis; cùm litteralis in illo loco in quo ſimul myſticus eſt, non adeò ratione ſui, quàm potius ad myſticum indicandum ſit intentus; in tantùm ut ſæpè litteralis aut non intenderetur, niſi voluiſſet Deus myſticum per eum ſignificare; aut ſaltem multò minus appretiativè litteralem in illo loco intenderit Deus, quàm myſticum.

8. Exempli causâ in illo Præcepto Deuter. 25. 4. *Non alligabis os bovi trituranti*; multò principaliùs ſenſus myſticus de prædicatoribus, quàm litteralis de bobus à Spiritu Sancto intentus fuit, ut docet Apoſtolus 1. Cor. 9. 9. *Numquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt.*

CA-

tionis gradus ſint, prout nempe magis vel minùs certum eſt, vel veriſimile, ſenſum allegatum eſſe à Spiritu Sancto intentum.

CAPUT XII.

Uter Senſus ſit præſtantior Litteralis an Myſticus.

1. MUlti hanc controverſiam prolixè tractant; ſed quia non tanti intereſt; & multum quoad hoc variant Auctores, eo quod diverſas habeant conſiderationes; ideò breviter ac diſtinctè quæſtionem reſolvam. Dico itaque quòd uterque ſenſus iſte aliquid habeat, in quo alterum ſuperat. Logicè verò, ſive Dialecticè loquendo, habent ſe ut excedentia & exceſſa quoad dignitatem ad ſe invicem comparata, ita ut diverſo reſpectu unus alium in aliquibus ſuperet, & ab altero pariter ſuperetur in aliis. In aliquibus verò æqualis ſunt dignitatis.

2. Æquales ſunt ex parte principii; nam uterque eſt Verbum Dei; ago enim de ſenſu Myſtico, qui verè talis eſt. Adeoque idem utriuſque principium, & Auctor eſt ipſe Deus, uterque eſt à Spiritu Sancto verè intentus. Pares etiam ſunt ex parte materiæ ſive objecti abſolutè loquendo; nam tam myſticus quàm litteralis (etſi rarò in eodem Scripturæ loco) agit de Deo, Chriſto, Eccleſia militante, ac triumphante; unde ſenſus etiam litteralis eſt de rebus quandoque præſtantiſſimis, ut ſupra vidimus ſignanter c. 5. n. 11. Neque ſolus litteralis, ſed & myſticus quandoque eſt de rebus corporalibus, ut etiam patet ex dictis cap. 6. n. 8. Item cap. 8. n. 27.

3. Ex quibus patet non poſſe ſenſum myſticum anteponi litterali non factâ comparatione ad eumdem locum. Imò poteſt certâ conſideratione litteralis anteponi myſtico. Primò: ordine, ut ſic loquar, generationis, quia prius ſignificatur & immediatè, atque ex

ipſo

verum Scripturæ ſenſum. Quia ſæpè non conſtat ſenſum aliquem ſeu explicationem, quæ adfertur tanquam ſenſus Myſticus, eſſe verum & genuinum ſenſum Scripturæ, & illo loco à Spiritu Sancto eſſe intentum. Ex quo fit, quòd licet quilibet ſenſus, qui verè eſt Myſticus, & à Spiritu Sancto intentus, æquè certus ſit, & firmus in ſe, quàm ſit ſenſus Litteralis; tamen quoad nos qui ſæpiſſimè ignoramus, an ille qui adfertur, ſit verè ſenſus Myſticus, an tantùm conceptus prædicatorius, & applicatio induſtriæ humanæ; inde inquam fit, quod ille, qui verè à parte rei, & in ſe eſt ſenſus Myſticus ac infallibilis, nobis non ſit firmus, non ſit certus, non ſit efficax ad probandum.

14. Hinc eſt quod à Myſticis Senſibus paſſim longè debiliora ducantur argumenta, quàm à Senſu Litterali, & hoc volunt Patres ac Doctores contra reſolutionem noſtram adducti; non autem quod numquam à Senſu Myſtico poſſit firmum duci argumentum, etiam dum firmiter conſtat Senſum iſtum eſſe à Spiritu Sancto intentum.

15. Unde hæc eſt differentia inter Litteralem Senſum, & Myſticum in hac materia, quod ſicut ſenſus litteralis ordinariè magis eſt apertus & obvius, de quo proinde facilius & certius definiri poteſt, quod ſit à Spiritu Sancto intentus, (licet hoc non ſemper & ubique fieri poſſit, nimirum non tunc quando ſunt graves controverſiæ, & diverſæ atque interminatæ Patrum ſententiæ de ipſo ſenſu litterali, quod non raro in locis Scripturæ occurrit) ita & regulariter ab hoc, ſeu à litterali ſenſu firmiora ducantur argumenta, quàm à Senſu Myſtico, de quo plerumque non ita indubitanter, aut veroſimiliter conſtat, an is qui adfertur ſit verus Senſus Myſticus, ſeu à Deo intentus.

16. Quapropter Senſus Myſtici de quibus non certi ſumus eſſe à Deo intentos, ædificant quidem, ſed non certò probant; ſuadent, ſed non irrefragabiliter perſuadent; movent, ſed non ineluctabiliter trahunt, aut cogunt, licet in illis etiam probabilitatis, ſuaſionis, mo-

tionis

Digitized by Google

pleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi Filium meum. Ad quæ S. Hieron. in Oſeam: *Ea quæ Typicos,* id eſt figuraliter *præcedunt in aliis, juxta veritatem & adimpletionem referantur ad Chriſtum, quod Apoſtolum in duobus montibus Sina & Sion, & in Sara & Agar feciſſe cognovimus. Neque enim non eſt Sina mons, & non eſt Sion, non fuit Sara, & non fuit Agar, quia hac Apoſtolus Paulus ad duo retulit Teſtamenta. Sic igitur hoc quod ſcriptum eſt: Parvulus Iſraël & dilexi eum, & ex Ægypto vocavi Filium meum, dicitur quidem de Populo Iſraël, qui vocatus ex Ægypto eſt quaſi infans & parvulus; ſed perfectè refertur ad Chriſtum. Nam & Iſaac in Typo Chriſti fuit, quod futura mortis ligna ſibi ipſi portaverit &c.*

11. Quia apud LXX. non habetur: *Filium meum,* ſed *Filios ejus, τέκνα αὐτοῦ,* ſicque aliqui negarent locum Oſeæ ab Apoſtolo Myſticè explicari, addit circa hunc locum S. Hieron. in Matth. 2. *Poſſumus autem locum iſtum & aliter conciliare propter contentioſos.... & teſtimonium proferimus ex Numeris, dicente Balaam: Deus ex Ægypto vocavit eum.* Num. 23.

12. Quod verò Janſenius Gandenſis velit ſimilia loca non Myſticè, ſed tantùm per Accommodationem in Novo Teſtamento allegari; minimè ſubſiſtit, prout probavimus ſupra cap. 9. n. 16. & 17. Nec magis ſubſiſtit, quod Abulenſis q. 57. in cap. 2. Matth. putaverit in ſimilibus locis, v. g. Exod. 12. & Oſeæ 11. Litteraliter agi de Chriſto: Nam antecedentia & conſequentia in illis locis ſenſui ab Evangeliſtis aſſignato, nullatenus conveniunt; & tam ex Paulo 1. Cor. 10. Quàm aliunde certificati ſumus, multas antiquæ Legis Hiſtorias, præcepta aliaque, fuiſſe figuras futurarum in Lege Nova. Vide dicta ſupra à cap. 7. à n. 17. Nota etiam iſta Hieronymi ſtatim allegata: *Dicitur quidem de populo Iſraël,* nempè Litteraliter; aſt Allegoricè de Chriſto.

13. Dixi verò n. 7. *Dum certum eſt, ſeu conſtat eſſe*

verum

Digitized by Google

6. Patres autem, & ſeipſum explicat S. Auguſt. Epiſt. 46. ad Vincent. *Quis non impudentiſſimè nitatur aliquid in Allegoria poſitum pro ſe interpretari, niſi habeat & manifeſtiſſima teſtimonia, quorum lumine manifeſtantur obſcura?* q. d. Nihil probat, niſi aliunde oſtendat hunc eſſe legitimum ſenſum Myſticum; tunc autem benè probat. Quapropter (ut dixi) Patres negantes, ſolùm agunt de ſenſibus Myſticis de quibus incertum eſt, ſeu non certò aliunde conſtat, quòd ſint legitimi Scripturæ ſenſus.

7. Dum verò conſtat, ſeu certum eſt, aliquem eſſe verum Scripturæ ſenſum Myſticum, ſeu eſſe intentum à Spiritu Sancto, omninò tenendum eſt, æquè illum ad probandum valere, & tam firma ex illo trahi argumenta, quàm ex Litterali. Ita omnes penè Recentiores, & evidenter ſupponit S. Auguſtinus in verbis ultimò relatis n. 6. per exceptionem illam: *Niſi habeat &c.*

8. Ratio eſt evidens, quia non magis mentiri poteſt Spiritus Sanctus aliquid ſignificando mediantibus rebus, & factis, quam immediatè verbis; atqui non poteſt mentiri poſteriori modo, ergo nec priori: Proinde ſi quid hoc modo, ſeu Myſticè ſignificatum velit, ſive loquatur, illud etiam indubitatum erit.

9. Ulterius: Quod ex Litterali ſenſu poſſit efficax argumentum fieri provenit ex eo, quod ille ſit intentus à Deo, qui nec fallere poteſt, nec falli; atqui etiam Myſticus non minus intentus eſt à Spiritu Sancto, imo ſæpè magis principaliter quam Litteralis, v. g. in illo Exod. 12. 46. *Nec os illius confringetis.* Quod indubiè magìs principaliter Prophetatum fuit, & intendit Deus prædicere de oſſibus Chriſti Crucifixi, quam mandare de Agno Paſchali. Igitur ſicut, & quia ex uno, ſeu Literali poteſt deſumi argumentum, ita etiam ex alio.

10. Denique ipſa Scriptura omnis generis ſenſus Myſticos ad probandum adhibet, ut de Tropologico probatum eſt ſupra cap. 9. n. 19. De Anagogico n. 21. De Allegorico n. 15. Signanter notandum eſt illud Matth. 2. 15. citantis Prophetiam Oſeæ 11. *Ut im-*

Digitized by Google

2. Favent ipſis diverſa Patrum dicta; citatur enim Dionyſius quaſi diceret: *Myſtica Theologia non arguit.* Item Hier. lib. 2. in Matth. 14. Qui cùm Parabolam de fermento, quod abſcondit mulier in farinæ ſatis tribus, explicaſſet, ac applicaſſet SS. Trinitati, ſubdit: *Pius quidem ſenſus, ſed numquam Parabola, & dubia ænigmatum intelligentia poteſt ad authoritatem dogmatum proficere.*

3. Similiter S. Thomas 1. part. q. 1. art. 10. ad 1: *Omnes ſenſus fundantur ſuper unum, ſcilicet Litteralem, ex quo ſolo poteſt trahi argumentum, non autem ex his quæ ſecundùm Allegoriam dicuntur, ut dicit Auguſtinus in Epiſtola contra Vincentium Donatiſtam.* Ratio datur, quod numquam, aut vix conſtet illum Senſum eſſe à Deo intentum. Item quod juxta eos qui negant Senſum Myſticum dari, talis ſenſus non ſit à Deo intentus, atque adeo eatenùs non probat.

4. Sed cùm ultimum hoc falſum eſſe ſuprà demonſtratum ſit, ſic illa probatio corruit; uti & prima, cùm ſaltem aliquando conſtet aliquem eſſe Senſum myſticum verè à Deo intentum. Interim ſic Patres poſſunt explicari, nempe quòd plerumque non probent talia argumenta, utpote cùm rarò certò conſtet talem Senſum eſſe verè à Deo intentum, & quia difficile eſt probare talem eſſe verum Scripturæ Senſum Myſticum.

5. Ideo monet S. Auguſtinus lib. 1. contra Adverſarium Leg. & Prophet. cap. 13. *Illud quod magis Propheta hujus libri* (Geneſis) *Auctor intendit, ut ejus narratio rerum factarum, eſſet etiam præfiguratio futurarum, non eſt contentioſis & infidelibus Senſibus ingerendum.* Quia nimirum expoſitum eſt cavillationibus talium, unde dum ipſis diſplicet ſententia, ſtatim dicent: Nego id ibi præfiguratum eſſe &c. Illud ergo ſolùm volunt Patres, & S. Thomas, qui propterea dicit Quodl. 7. art. 14. ad 4. *Non eſt propter defectum authoritatis, quòd ex Senſu Spirituali non poteſt trahi efficax argumentum;* ſed quia ſæpè determinatus Senſus Spiritualis ignoratur.

6. Pa-

Digitized by Google

quibus adhæreant quæ ſignificant, & quodammodo religentur.

30. Ex dictis patet, quàm utile ſit monitum S. Bonav. relatum n. 20. *Quod non ubique requirenda eſt Allegoria*, ſeu Senſus Myſticus; aliqui enim nimium in hoc excedunt, & litteram S. Scripturæ fœdè contorquent, ut Myſticos Senſus (potius dixeris Phantaſias ſuas) inde eliciant ſeu aptent.

31. De his noſter Sasbout Præfat in Iſaiam: *Ille abuſus Scripturæ eſt maximus, tam liberè pro cujuſque ingenio, & phantaſia, confingere Allegorias; hoc namque modo Scriptura Sacra eſſet quaſi Lesbia Regula, & eam quo quiſque vellet detorqueret. An autem tota Scriptura, & ejus verba exponenda ſint ſecundùm Allegoriam, dubium eſt; vel potius dubium non eſt, quia hoc minimè ſolidum eſt. Prætereà totam Scripturam tractare ſecundùm triplicem Senſum, nec hoc ſolidum eſt, nec ſolùm quia difficile eſt cohærentia dicere, ſed etiam quia neceſſe eſt ſæpè multa confingere; quod utique periculoſum eſt in tanto theſauro, cui illam debemus reverentiam, ne quid facilè comminiſcamur.*

CAPUT XI.

An Senſus Myſticus valeat ad probandum?

1. NOn ſolùm hæretici, ſed & Catholici quidam negaverunt ex Myſtico ſeu Spirituali Senſu deſumi poſſe validum atque efficax argumentum, ad fidei dogmata comprobanda. Ita inter alios ſcribit Abulenſis in Matth. 13. q. 28. *Senſus Myſtici nihil probant, id eſt intelligendo Scripturam in Senſu Myſtico non aſſumitur ex eo efficax argumentum ad aliquid probandum, vel impugnandum.* Non tamen negant hi, quin Senſus Myſtici, ſeu iſtæ applicationes Scripturæ ſint utiles Concionatoribus, aliiſque ad homines inclinandos, movendos, monendos &c.

culcare, quòd ne ſyllaba aut littera ſit in S. Scripturâ inutiliter, & abſque juſtâ ratione, ac providentiſſimâ ſapientiâ Divinâ poſita, cum omnia planè, licet myſticum ſenſum non contineant, tamen etiam illa, ratione ſenſus litteralis, ad noſtram fidem, correptionem, conſolationem ſcripta ſint, aut etiam ad alios juſtiſſimos ac ſanctiſſimos fines, quos Deus novit, etiamſi nobis ſæpè occulti ſint, ut vel ideò myſterium ibi eſſe rectè dixerint, etſi non ideò ſit ſenſus myſticus.

27. Propterea dicit S. Bonavent. Procem. in Brevil. circa finem: *Scriptura Sacra non per humanam inveſtigationem eſt tradita, ſed per revelationem Divinam, ideò nihil in ipſa contemnendum tamquam inutile.... Pro eo quòd Spiritus S. ejus Auctor perfectiſſimus, nihil potuit dicere ſuperfluum, nihil diminutum.* Hoc præ oculis habendum, dum ſæpè multa legimus in Scriptura, quæ nobis ſpecialem utilitatem habere non apparent, v. g. in tam multiplicibus ſæpè repetitionibus, ut in ultimis capitibus Exodi. In tot recenſendis nominibus initio Libri primi Paralippomenon &c.

28. Pro quibus & ſimilibus etiam ex Auguſtino notari debet, talia, etſi ſeorſim conſiderata nullam, aut parvam utilitatem habere videantur, valere tamen ornatus gratiâ, & energiæ &c. ut alia loca conjuncta & ſimilia melius, perfectiuſque ſignificent, moveant, &c.

29. Dicit propterea S. Auguſt. lib. 16. Civ. cap. 2. *Non ſanè omnia quæ geſta narrantur, etiam aliquid ſignificare putanda ſunt, ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiam ea quæ nihil ſignificant attexuntur. Solo enim vomere terra proſcinditur; ſed ut hoc fieri poſſit, etiam cætera aratri membra ſunt neceſſaria* (ut dentalia, temo, buris, manipula, ſtiva) *Et ſoli nervi in citharis, atque hujuſmodi vaſis muſicis, aptantur ad cantum, ſed ut aptari poſſint, inſunt & cætera in compaginibus organorum, quæ non percutiuntur à canentibus, ſed ea quæ percuſſa reſonant, his connectuntur. Ita in Prophetica hiſtoria dicuntur & aliqua, quæ nihil ſignificant, ſed*

quibus

niſicare putanda ſunt, ſed propter illa quæ aliquid ſignifi-cant, etiam ea quæ nihil Myſticè *ſignificant, attexuntur.* Item quæſt. 2. ſuper Geneſim docet, in quibuſdam locis ſolùm litteralem ſenſum eſſe quærendum. Iterum lib. 17. Civ. cap. 3. *Mihi autem ſicut multum videntur errare, qui nullas res geſtas in eo genere Litterarum, aliquid aliud præter id quod eo modo geſta ſunt, ſignificare arbitrantur, ita multum audere, qui prorſus ibi omnia ſignificationibus Allegoricis involuta eſſe contendunt.*

24. Probatur etiam ratione: nam ſenſus ſpiritualis (ut ex antedictis patet) ſignificatur mediis aliquibus rebus, verè à parte rei effectis, non ſolum ut eſſent, ſed etiam ut ſignificarent, vicemque verborum obirent, quibus Deus nobis locutus eſt: Aſt plura S. Scripturæ loca ſunt, in quibus nullæ res effectæ, aut fieri juſſæ referuntur, quibus nobis Deus locutus ſit; ſed immediatè in illis ſimpliciter vel aliquod punctum fidei revelatur v. g. hic: *Deus erat verbum. Ego & Pater unum ſumus. Tres ſunt qui teſtimonium dant in Cœlo.* Vel mores inſtruuntur apertè & litteraliter, vel ſic vitium reprehenditur, aut virtus commendatur. V. g. in his: *Declina à malo & fac bonum: Iraſcimini & nolite peccare. Nolite inebriari vino, Date Eleëmoſynam.* &c.

25. Nec ſimilia ſuadentur, mandantur aut vetantur, ut ſint figura, ſed ratione ſui, licet fortè multa contineant expoſitione digna. V. gr. præceptum Charitatis Dei & Proximi Matth. 22. *Diliges Dominum Deum tuum* &c. Sed expoſitiones illæ nullatenus ad myſticum ſenſum pertinent, cum iſtud v. g. præceptum illarum expoſitionum, non ſit figura; ſed ſunt tantum explicationes litterales iſtius præcepti; idem eſt de ſimilibus judicandum.

26. Dum verò SS. Patres dicunt nec ſyllabam vel litteram eſſe in Scriptura ſine myſterio, non intendunt aſſerere in omnibus planè verbis, litteris, ſyllabis, eſſe ſenſus Myſticos, ſed hyperbolicè loquuntur, eo quòd Scriptura ſit referta myſteriis. Item ſolùm volunt in-

dub. 17. n. 130. cum aliquibus nimium Allegoriis deditis, quos meritò alii omnes redarguunt: eſt enim modus in rebus.

20. Ideo monet S. Bonav. Procem. Brevil. circa finem: *Niſi quis per aſſuefactionem lectionis, textum, & litteram Bibliæ commendet memoriæ, in expoſitione Scripturarum numquam poterit eſſe potens: unde ſicut qui dedignatur prima ediſcere elementa ex quibus dictio integratur, numquam poteſt cognoſcere, nec dictionum ſignificatum, nec rectam legem conſtructionum; ſic qui litteram Sacræ Scripturæ ſpernit, ad ſpirituales ejus intelligentias numquam aſſurget. Attendat autem expoſitor, quòd non ubique requirenda eſt Allegoria, nec omnia ſunt myſticè exponenda.... ubi prima, ſeu* immediata *ſignificatio verborum exponit fidem, ſive charitatem, ibi nulla eſt Allegoria quærenda.*

21. Similiter S. Thomas Quodl. 7. art. 15. ad 5. *Quatuor iſti ſenſus non attribuuntur S. Scripturæ ut in qualibet ejus parte ſit in quatuor iſtis ſenſibus exponenda, ſed quandoque iſtis quatuor, quandoque tribus, quandoque duobus, quandoque uno tantum,* adeoque ſolo litterali. Idem ſentit B. Petrus Damiani Serm. 3. de Dedicat. *Non omnia quæ ſunt in Divina Scriptura Spiritualem intelligentiam generant.* Hugo de S. Victore lib. de Script. cap. 4. *Sanè non omnia quæ in Divino reperiuntur eloquio ad hanc triplicem torquenda ſunt interpretationem, ut ſingula Hiſtoriam, Allegoriam & Tropologiam ſimul continêre credantur. Quod etſi in multis congruè aſſignari poſſit, ubique tamen obſervare aut difficile eſt, aut impoſſibile.*

22. Præceſſerant SS. PP. Greg. Prol. moral. cap. 4. & lib. 21. cap. 1. Hieronymus Epiſt. ad Avitum, in Prologo lib. 5. in Iſaiam, & ad cap. 27. & 29. Jerem. Item ad illud Jonæ 1. *Deſcendit Jonas.* S. Epiph. lib. 2. Hæreſi 61. ad Joan. Jeroſol. *Non omnia habent verba Divina opus Allegoriâ, ſed prout ſe habent accipienda ſunt.*

23. S. Auguſtinus etiam variis locis. Lib. 16. Civ. cap. 2. *Non omnia quæ geſta narrantur aliquid etiam ſigni-*

13. 13. Tropologicè explicat quòd Chriſtus extra Jeruſalem paſſus ſit: *Exeamus igitur extra caſtra improperium ejus portantes.* Item Rom. 6. 4. *Conſepulti ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem, ut quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* S. Gregor. Tropologicè explicat mulieres Marc. 16. ad Chriſti ſepulchrum venientes Hom. 21. in Evang. *Res geſta aliquid in S. Eccleſia ſignat gerendum &c.* Vide Lect. 1. in feſto Paſchatis. Denique *omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio*, non ſolum exemplo, ſed & ſignificatione ac myſterio juxta Patres, ſignanter S. Greg. qui continuò geſta Evangelica moraliter exponit, & Hom. 17. in Evang. ait: *Salvator noſter aliquando nos ſermonibus, aliquando verò operibus admonet; ipſa etenim facta ejus præcepta ſunt ..... Ecce binos in prædicationem diſcipulos mittit* (Luc. 10.) *quia duo ſunt præcepta charitatis ... quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium ſuſcipere nullatenus debet.*

17. De ſenſu Allegorico res pariter clara eſt; ſic Cæcus illuminatus Joannis 9. juxta Aug. Tract. 44. in Joan. *Genus humanum eſt iſte cæcus*, quod & de alio cæco illuminato propè Jericho dicit S. Greg. Hom. 2. in Evang. idem Homil. 22. in Evang. *Quid per Joannem niſi Synagoga? Quid per Petrum niſi Eccleſia deſignatur?* (Joan. 20. ubi ambo ſcribuntur ad Chriſti ſepulchrum cucurriſſe.

18. Vocatio Magorum Matth. 2. vocationem Gentilium præfiguravit juxta S. Aug. Serm. 30. de Temp. cap. 1. & in fine cap. 2. ubi ait: *Judæorum codices recitamus, ut tollatur dubitatio Paganorum, qui jam in illis Magis figurabantur.* Sic navicula Petri fluctibus agitata, concitatas in Eccleſia perſecutiones, & turbas Allegoricè juxta Patres, & Eccleſiæ ſenſum deſignat.

19. Quæritur tertiò: An ſicut quivis Scripturæ Sanctæ locus habet ſenſum litteralem, ita habeat etiam myſticum; quod ſic docet *Payva* apud Anton. à Matre Dei

 dub.

13. Patet etiam ex S. Aug. Enchir. cap. 53. *Quidquid geſtum eſt in Cruce Chriſti, in ſepultura, in reſurrectione tertiâ die, in aſcenſione in cœlum, & in ſedere ad dexteram Patris: ita geſtum eſt, ut his rebus non myſticè tantum dictis, ſed etiam geſtis configuraretur vita Chriſtiana, quæ hic geritur. Nam propter ejus crucem dictum eſt: Qui autem Jeſu Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Propter ſepulturam: Conſepulti enim ſumus cum Chriſto per Baptiſmum in mortem. Propter ejus reſurrectionem: Ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Propter aſcenſionem verò in cœlum, ſedemque ad dexteram Patris: Si autem reſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* &c.

14. Quod Auguſtinus de rigoroſo Myſtico ſenſu agat, patet manifeſtè ex illis quæ immediatè ſubdit cap. 54. *Quod verò de Chriſto confitemur futurum, quoniam de cœlo venturus eſt, vivos judicaturus & mortuos, non pertinet ad vitam noſtram, quæ hîc geritur* (tamquam figura, aliàs quam maximè pertinet tamquam incitamentum declinandi à malo & faciendi bonum) *quia nec in rebus geſtis ejus eſt, ſed in fine ſæculi gerendis.*

15. Sic etiam S. Gregor. Hom. 21. in Evang. *Notandum nobis eſt, quidnam ſit quod in dexteris ſedere Angelus cernitur, quid namque per ſiniſtram niſi præſens vita? Quid verò per dexteram, niſi perpetua vita deſignatur? &c.* Idem Hom. 24. in Evang. illud Joan. 21. ubi Chriſtus in littore ſtabat, *Diſcipulis in mari laborantibus*, exponit: *Quid mare, niſi præſens ſæculum ſignat? Quid per ſoliditatem littoris, niſi illa perpetuitas quietis æternæ figuratur?* &c. Vide Lect. 3. fer. 4. Paſchæ. Chriſtus ergo poſt Reſurrectionem in littore ſtans, ſtabilitatem æternæ vitæ deſignat juxta Patres.

16. De Tropologico res eſt clara, ipſe Paulus Hebr.

13. 13.

facta Veteris Teſtamenti ſpectant, poſſunt quatuor ſenſibus exponi. Secunda verò ſunt illa, quæ pertinent ad ſtatum præſentis Eccleſiæ, in quibus illa ſunt priora, quæ ad caput pertinent, reſpectu eorum, quæ pertinent ad membra, quia ipſum Corpus verum Chriſti, & ea quæ in ipſo ſunt geſta, ſunt figura Corporis Chriſti Myſtici, & eorum quæ in ipſo geruntur, ut in ipſo ſcilicet Chriſto exemplum vivendi ſumere debeamus. In Chriſto etiam futura gloria nobis præmonſtrata eſt. Unde ea quæ ad Litteram de ipſo Chriſto capite dicuntur, poſſunt exponi & Allegoricè referendo ad corpus ejus Myſticum, & Moraliter referendo ad actus noſtros, qui ſecundum ipſum debent reformari, & Anagogicè in quantum in Chriſto eſt nobis iter gloriæ demonſtratum.

10. Ea etiam eſt concors ſententia SS. Patrum, qui pariter omnis generis ſenſus myſticos ex Scriptura Novi Teſtamenti deducunt, nec mirum hoc eſt, cùm teſte S. Aug. Tract. 44. in Joan. *Ea quæ fecit Dominus noſter Jeſus Chriſtus & opera & verba ſunt; opera quia facta ſunt, verba quia ſigna ſunt. Si ergo quid ſignificet hoc quod factum eſt, cogitemus; genus humanum eſt iſte cœcus* natus, curatus Joan. 9.

11. Conſonat S. Gregorius Magnus Hom. 2. in Evang. *Miracula Domini, & Salvatoris noſtri ſic accipienda ſunt, ut & in veritate credantur facta, & tamen per ſignificationem aliquid nobis innuant; opera quippe ejus & per potentiam aliud oſtendunt, & per myſterium aliud loquuntur.* Igitur verba Evangelica immediatè ſignificant litteraliter facta Chriſti &c. Et hæc ipſa facta ex mente Chriſti & Dei ulterius res alias ſignificant, & conſequenter eſt ibi Myſticus ſenſus.

12. Probatur in particulari de unoquoque ſenſu; nam Chriſti reſurrectio Anagogicè ſignificat reſurrectionem noſtram. Tropologicè, *ut in novitate vitæ ambulemus* ſicut ſtatim probabimus ex S. Auguſtino. Negat quidem hoc Bonfrerius cap. 20. ſect. 3. eo quòd figura non poſſit eſſe dignior figurato; ſed hoc falſum eſſe patet ex S. Thoma ſtatim allegato.

que ſuorum in die judicii futuram, dum per reſurrectionem Chriſti, & Beatorum, noviſſimè deſtruetur inimica mors.

6. Allegat S. Thomas Lect. 7. in Gal. 4. aliud ex Gen. 1. *Fiat Lux.* dicens: *Omnium horum patet Exemplum; per hoc enim quod dico:* Fiat Lux, *ad litteram de luce corporali, pertinet ad ſenſum litteralem. Si intelligatur* Fiat Lux, *ideſt naſcatur Chriſtus in Eccleſia, pertinet ad ſenſum Allegoricum. Si verò dicatur* Fiat Lux, *id eſt ut per Chriſtum introducamur ad gloriam, pertinet ad ſenſum Anagogicum. Si autem dicatur* Fiat Lux *id eſt per Chriſtum illuminemur in intellectu, & inflammemur in affectu, pertinet ad ſenſum moralem.*

7. Quæritur ſecundò, an etiam detur ſenſus Myſticus in Scriptura Novi Teſtamenti; Abulenſis quidem q. 28. in Matth. 13. ait: *Non ſunt iſti quatuor ſenſus in qualibet parte Scripturæ S. ſed in ſolo Veteri Teſtamento, ut dicit Auguſt. lib. de Utilitate credendi.... In Novo Teſtamento ſolùm poteſt habere tres, ſcilicet Litteralem, Tropologicum, Anagogicum.* Item cum ſtatus Veteris Legis ſolum fuerit figurativus, non ſtatus Novæ, videri poſſet, quod in illo ſolo detur ſenſus Myſticus, non in Novo Teſtamento.

8. Sed etſi fatendum ſit, quod ſenſus Myſticus magis pertineat ad Scripturas Veteris Teſtamenti, ubi omnia *in figuris contingebant illis.* 1. Cor. 10. 11. Ubi etiam omnia obſcura erant, & *umbra futurorum* Coloſſ. 2. 17. Indubitanter tamen tenendum eſt, etiam in Scriptura Novi Teſtamenti locum habêre omnis generis ſenſus Spirituales.

9. Ita expreſsè docet S. Thomas Quodl. 7. art. 15. ad 5. *In S. Scriptura præcipuè ex prioribus poſteriora ſignificantur, & ideò quandoque in S. Scriptura ſecundum ſenſum Litteralem dicitur aliquid de priori, quod poteſt Spiritualiter de poſterioribus exponi, ſed non convertitur. Inter omnia autem, quæ in S. Scriptura narrantur prima ſunt illa, quæ ad Vetus Teſtamentum pertinent, & ideò quæ ſecundum Litteralem ſenſum ad*

facta

Digitized by Google

Gal. 4. ubi Paulus quatuor hos Senſus apertè aſtruit ex hiſtoria de Iſmaël, & Iſaac, ut jam dudum reflexit Neſteros apud Caſſian. ſuprà, quod hoc modo poteſt oſtendi: Ait ibi Paulus *Abraham duos filios habuit, unum* Iſmaëlem *de ancilla* Agar, *& alterum* Iſaacum *de libera* Sara; ubi vides Senſum Litteralem ſcriptorum in Geneſi: ſubdit Apoſt. *Quæ ſunt per Allegoriam dicta* in Geneſi; *Hæc enim ſunt duo Teſtamenta.* Ubi eſt Allegoricus Senſus; nimirum ſignificatur per Agar Teſtamentum Vetus, per Saram Novum, per filios Iſmaëlem populus Judaicus, ſub ſervitute legis Deum in timore colens, & Chriſtiani in libertate ſpiritus virtutis amore, per Iſaacum. *Illa quæ ſurſum eſt Jeruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra.* Ecce Anagogicum. Tropologicum addit: *Quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc.*

4. Aliud patens exemplum eſt Hebr. 13. à ℣. 11. *Quorum animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra.* En litteralem ſenſum Levit. 16. Sequitur Allegoricus: *Propter quod & Jeſus ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.* Moralem ſeu Tropologicum ſubjungit Apoſtolus: *Exeamus igitur extra Caſtra improperium ejus portantes.* Demum claudit eum Anagogico: *Non enim hic habemus manentem civitatem, ſed futuram inquirimus.*

5. Iſtorum 4. Senſuum inſigne pariter Exemplum eſt in Hiſtoria Goliat gigantis occiſi enſe proprio per puerum David 4 Regum 17. Litteralis in deſcriptione Hiſtoriæ conſiſtit. Allegoricè ſignificat Chriſtum vincentem diabolum eâdem cruce, quam Chriſto procuraverat, vel, ut qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Tropologicè indicat bellum juſtorum contra dæmonem de, & per carnem tentantem, quâ compreſſâ, atque coërcitâ, caput dæmonis abſcindimus, hoc eſt primos ejus inſultus irritos reddimus, & inanes. Anagogicè intelligimus Victoriam Chriſti militumque

Digitized by Google

ſperamus; nomen autem ſenſui impoſitum eſt à meliori, qualiter (ut S. Aug. notat) etiam *De Civitate Dei* libri ejus dicti ſunt, quos *De Civitate Dei, & civitate diaboli ſcripſit.* Poſſemus ſenſum pœnas futuras ſpectantem *Catagogicum* vocare, à *κατάγω Abduco*, vel à *κακάγω Malè-duco. Cacagogicum.*

CAPUT X.

In quibus locis Scripturæ reperiantur Senſus Myſtici.

1. Quæritur primò an omnes hi tres Senſus Myſtici, conſequenter etiam cum Senſu Litterali in uno eodemque Scripturæ loco poſſint reperiri? Inprimis non eſt dubium quin una ſententia aut etiam vox poſſit omnes includere, ſaltem in diverſis Scripturæ locis, v. gr. in uno Tropologicum, in alio Allegoricum &c.

2. Patet hoc per exemplum quod allegat Neſteros Abbas apud Caſſianum Collat. 14. cap. 8. *Una atque eadem civitas Jeruſalem quadrifariàm poteſt intelligi 1. ſecundùm hiſtoriam, civitas Judæorum* (v. g. dum David dicitur regnaſſe *in Jeruſalem 33. annis*) 2. *Secundùm Allegoriam Eccleſia Chriſti.* 3. *Secundùm Anagogen, civitas illa Cœleſtis.* 4. *Secundùm Tropologiam, anima hominis, quæ frequenter hoc nomine increpatur, aut laudatur à Domino.* Addo ego quintum, ſeu alterum Senſum Litteralem, nempe ſecundùm Metaphoram Cives urbis Jeruſalem, qualiter evidenter accipitur Matth. 23. 37. *Jeruſalem, Jeruſalem quæ occidis Prophetas*; nam ibi *Jeruſalem non ſaxa & ædificia civitatis, ſed habitatores vocat*, ut reflectit S. Hieron. in illum locum.

3. Eundem etiam Scripturæ locum poſſe quatuor iſtos diverſos ſenſus habere, eſt pariter communis doctrina. Hoc paſſim omnes oſtendunt ex Apoſtolo ad

etiam variorum animalium carnes in Lege Judæis edi vetitæ, deſignabant Tropologicè vitia varia à quibus abſtinendum eſt, ut Tropologicè expoſuit Eleäzarus Pontifex Legatis Ptolomæi Philadelphii, in libro Ariſteæ de LXXII. Interpretibus.

20. Ut notat noſter Sasbout, malè quidam deducunt *Anagogiam* ab ἀνὰ *ſurſum*, & γωγὴ. nam (ut reflectit) hoc poſtremum nihil Græcè ſignificat, dicitur ergo *Anagogia* ab ἄνω *ſurſum*, vel certè ab ἀνὰ quæ propoſitio Græcè inter alia etiam ſignificat *ſurſum*, præſertim in compoſitione, & ἄγω *duco*, ex quibus compoſitis fit ἀνάγω *ſurſum duco, attollo, in altum erigo*, & inde *Anagogia*, *quaſi ſurſum ductio* (ait S. Bonavent. Procem. Brevil. & Procem. Centil.) *quando per unum factum intelligendum eſt aliud, quod deſiderandum eſt, ſcilicet æterna felicitas beatorum.*

21. Aliter definiendo, *Senſus Anagogicus eſt ſignificatio rei ad ſtatum futuræ vitæ ſpectantis intenta à Deo per aliam rem verbis Scripturæ litteraliter ſignificatam.* Sic introitus SS. in Cælum, & iter eorum ad æternam Beatitudinem, quatenus ſignificata illa ſunt per iter Iſraëlitarum in deſerto ad terram promiſſionis; unde ad hoc propoſitum explicatur à Paulo Hebr. 4. illud de murmuratoribus dictum Pſalm. 94. *Quibus juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.* Paulus dicit ibidem ℣. 2. *Etenim & nobis nuntiatum eſt; quemadmodum & illis.* Ibidem de requie ſempiterna Sanctorum exponit illud dictum Gen. 2. *Requievit Deus die ſeptimo*, concludens ℣. 9. *Itaque relinquitur Sabbatiſmus populo Dei*, ſeu requies celebranda.

22. Notandum hìc ad *Anagogiam* etiam pertinere, ſi quæ myſticè ſignificent pertinentia ad æternam damnationem, ut v. g, illud ſtatim allegatum, quod ſcilicet plurimi filii Iſraël tendentes ad terram promiſſam, mortui ſint in deſerto, quo ſignificatum eſt, maximam hominum partem damnari. Similia inquam etiam ad Senſum Anagogicum pertinent, quia contrariorum eadem eſt ratio, & diſciplina, & à talibus malis liberari

ſpe-

Digitized by Google

Prophetatum fuiſſe, eſt dicere, non eſſe impletam Prophetiam, quam impletam eſſe aſſerit Scriptura. Qualiter enim Prophetatum dici poteſt, vel Prophetia impleta, ſi hoc numquam voluit prædicere Spiritus Sanctus per os Prophetæ, ubi dicit: *Tunc adimpletum eſt* &c. *Ut Scriptura impleretur* &c? Hoc autem abſurdum re ipsâ dicit, qui talia, ſic ab Evangeliſtis, aliiſque relata, vult de Chriſto dici tantummodò per accommodationem.

17. Quia (ut Lorca probat Diſp. 18. n. 2.) cùm ſenſus accommodatitius nullus Scripturæ ſenſus ſit, futilis & inanis eſſet probatio, imò falſa & mendax; quoniam qui adducit teſtimonium illud, ut probet aliquid, dicit Spiritum Sanctum prædixiſſe, & teſtificatum fuiſſe rem allegatis verbis; hoc autem falſum eſt, ſi nec Myſticè, nec litteraliter illis verbis ſignificata fuerit, ſed verba illa Veteris Teſtamenti tantùm ad hunc ſenſum accommodentur.

18. *Tropologia* idem Latinè ſonat quod *ſermo de moribus*; nam τρόπος eſt *modus, mores, ratio*; λόγος *ſermo*. In hac autem *eſt ſenſus Myſticus mores inſtruens*, quem deſcribit S. Bonav. Procem. in Centil. & Procem. in Brevil. *Tropologia, ſive Moralitas eſt, quando per id, quod factum eſt, datur intelligi aliud quod faciendum eſt.* Strictius definiendo: *Senſus Tropologicus eſt rei ad morum inſtructionem pertinentis à Spiritu Sancto intenta ſignificatio per aliam rem Scriptura verbis litteraliter ſignificatam.* Illa *per aliam rem &c.* excludunt ſenſum Litteralem mores inſtruentem, ut v. g. hic: *Diliges proximum tuum. Date Eleëmoſynam &c.*

19. Exempla ſenſus Tropologici ſunt 1. Cor. 9. 9. Ubi iſtud Hebræis litteraliter de bobus dictum Deuter. 25. 4. *Non alligabis os bovi trituranti*, Tropologicè de Miniſtris Eccleſiæ Paulus dictum eſſe aſſerit: *Numquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt.* Item 1. Timoth. 5. *Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt, dicit enim Scriptura: non alligabis os bovi trituranti.* Sic etiam

rè credendæ ad Eccleſiam militantem pertinentis à Spiritu Sancto intenta ſignificatio, per aliam rem Scripturæ verbis litteraliter ſignificatam. Definitionis bonitas ex hactenus dictis ſatis patet, hoc ſolum notandum, quòd ad excludendum ſenſum Anagogicum dicatur: *Ad Eccleſiam militantem.* Ut excludatur Tropologicus: *Rei purè credendæ.*

15. Exempla ſenſûs Allegorici ſunt in ſequentibus: *Jonas* tribus diebus in ventre Ceti, & poſteà rejectus, ſignificabat Chriſtum poſt triduum ſepulturæ reſurrecturum. Matt. 12. 40. Iſmaël & Iſaac, eorumque Matres & fortuna, indicabant Allegorico ſenſu Novum & Vetus Teſtamentum &c. Gal. 4. Item Paulus Rom. 10. 18. illum adhibet in his verbis Pſalm. 18. *In omnem terram exivit ſonus eorum*, &c. ut aſſerat Evangelium ab Apoſtolis toti mundo prædicatum eſſe, cùm tamen illa verba Pſalmi litteraliter de cœlis & ſtellis intelligantur. Matthæus cap. 2. 15. Allegoricè de Chriſto ex Ægypto reduce explicat illud Oſee 11. 1. *Ex Ægypto vocavi filium meum*, quod tamen clariſſimè patet ex Oſea litteraliter intelligi de filiis Iſraël ex Ægypto per Moyſen eductis. Illud Matth. 2. 17. *Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Jeremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama audita eſt &c.* Allegoricè applicatur cædi innocentium ab Herode factâ, quod de cæde infantium, Jeroſolymâ per Chaldæos expugnatâ, litteraliter Jeremias dixit: ſimiliter quod de Agno Paſchali ad litteram dictum erat Exod. 12. 16. *Nec os illius confringetis:* Allegoricè de Chriſto intelligi demonſtrat Joan. 19. 36. *Facta ſunt hæc ut Scriptura impleretur: os non comminuetis ex eo.*

16. Quòd hæc & ſimilia alia innumera loca, quorum aliqua adhuc infra dabimus, de Chriſto aut aliis non verè myſticè explicentur; ſed tantum ipſi per accommodationem applicentur, tenet quidem Janſenius Gandenſis Cap. 11. Concord. Evang. ſed propter hoc paſſim ab aliis omnibus reprehenditur: iſtud enim eſt aſſerere Prophetatum non eſſe, quod Scriptura dicit

Pro-

deduci à S. Thoma Lect. 7. in Cap. 4. Gal. *Quæ ſunt per Allegoriam dicta, id eſt per alium intellectum: Allegoria enim eſt tropus, ſeu modus loquendi, quo aliquid dicitur, & aliud intelligitur.* Hactenùs benè, ſed non exactè addit: *unde Allegoria dicitur ab Alos, quod eſt alienum, & Goge ductio, quaſi in alienum intellectum ductio.* Vide infra hoc cap. n. 20.

12. Allegoria facti rectè deſcribitur à S. Ambroſ. lib. 1. de Abraham cap. 4. *Allegoria eſt cùm aliud geritur, & aliud figuratur.* S. Auguſt. lib. 15. de Trin. cap. 9. ubi ad illa Gal. 4. *Abraham duos filios habuit &c.* ait: *Ubi Allegoriam nominavit Apoſtolus, non in verbis eam reperit* (ut eſſet Allegoria dictionis) *ſed in facto, cum in duobus filiis Abrahæ, uno de Ancilla, altero de Libera, quod non dictum, ſed etiam factum fuit, duo teſtamenta intelligenda demonſtravit.* De qua Hugo Victorinus lib. de Script. cap. 3. *Eſt Allegoria cùm per id quod ex littera ſignificatum proponitur, aliud aliquid, ſive in præterito, ſive in præſenti, ſive in futuro factum ſignificatur. Dicitur Allegoria quaſi Alieniloquium, quia aliud dicitur & aliud ſignificatur; quæ ſubdividitur in ſimplicem Allegoriam, & Anagogen.*

13. *Sed attendendum eſt* (benè monet Angelicus Doctor lect. 7. in Gal. 4.) *Quòd Allegoria ſumitur aliquando pro quolibet Myſtico intellectu* (& ſic ſumunt aliquando Patres, ut notavimus cap. 2. idque ideò, quia in quolibet ſenſu myſtico unum factum ex alio ſignificatur) *Aliquando pro uno tantùm ex quatuor, qui ſunt Hiſtoricus, Allegoricus, Anagogicus, Tropologicus.* Et ita ſumimus in præſenti diviſione, ſicque ſumendo

14. *Allegoria eſt quando per unum factum indicatur aliud factum ſecundùm quod credendum eſt.* Ita S. Bonav. Procem. Centil. & Procem. Brevil. Per illa verò: *Quod credendum eſt*, intelligit merè credendum, & in ordine ad Eccleſiam militantem, ſeu ut explicat lib. de Reduct. artium ad Theol. in fine: *Credendum de Divinitate, & humanitate*, de Chriſto & Eccleſia. Sive, ut clarius definiamus: *Senſus Allegoricus eſt rei pe-*

rà

Deum videndum, & amandum, & perfruendum; hinc eſt quod Scriptura Sacra per Spiritum Sanctum dictata, aſſumit librum Creaturæ, referendo in finem ſecundùm triplicem modum intelligentiæ, ut ſic per Tropologiam habeamus notitiam agendorum moraliter; per Allegoriam credendorum veraciter; per Anagogiam deſiderandorum delectabiliter: ut ſic purgati per virtuoſam operationem, illuminati per radioſam fidem, & perfecti per ardentiſſimam charitatem, perveniamus tandem ad bravium felicitatis æternæ.

8. Ex hactenus allegatis authoritatibus habetur quomodo hi tres ſenſus reſpiciant & adumbrent SS. Trinitatem, item quomodo correſpondeant tribus virtutibus Theologicis, & reſpectivè unamquamque excitent, promoveant, dirigant; ſtabilitur etiam data diviſio ex graviſſima tantaque authoritate.

9. Inſuper ſatis adæquata videtur: nam quidquid per facta, dicta, mandata myſticè per Scripturam ſignificatur, vel eſt aliquid pertinens ad fidem, & Eccleſiam militantem, tunc autem eſt ſenſus *Allegoricus*; vel quod ſignificatur pertinet ad mores ſive officia charitatis; tunc verò eſt ſenſus *Tropologicus*; vel deſignat aliquid ſpectans ad Eccleſiam triumphantem, & tunc habetur ſenſus *Anagogicus*; nec eſt aliquod ſignificatum aſſignabile, quod non queat reduci ad unum horum trium.

10. Nunc per ordinem de ſingulis his tribus ſenſibus agamus. Ac primò quidem de *Allegoria* notandum, quòd apud Rhetores hæc ſit figura dictionis, quæ aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit, ſeu eſt continuata in Oratione Metaphora, ut conſtat ex dictis ſupra cap. præced. n. 13. 14. hæc ſpectat ad ſenſum litteralem, Metaphoricum, & ad differentiam ſenſus Myſtici Allegorici dicitur *Allegoria dictionis*, Myſtica verò *Allegoria facti*.

11. Utraque vocatur *Allegoria* ab ἄλλος *Alius*, & ἀγορεύω *loquor, concionor, ſermonicor*. q. d. *Alia loquela*, ſeu ſermocinatio. Porrò advertendum non ſatis exactè,

Digitized by Google

triplex Spiritualis: Anag·gicus qui eſt ſurſum ducens in primum principium, Allegoricus, qui eſt enuntiativus arcanorum primæ veritatis. Tropologicus, vel Moralis, qui eſt ordinativus ad ſummam bonitatem. Unde Anagogicus ad Patrem, Allegoricus ad Filium, Moralis refertur ad Spiritum Sanctum.

4. Eandem diviſionem & reflexionem facit Seraphicus Doctor pluribus locis, ut videri poteſt ſupra cap. 2. n. 12. & cap. 7. num. 24 quibus adde ea, quæ habet in Pſalm. 118. cap. 8. ✠. 13. art. 3. ſuper illa: *Servus tuus ſum ego. Intellectus Scripturæ Myſticus eſt tripartitus, nam alius Allegoricus, alius Anagogicus, alius Tropologicus, quorum primus ſervit Fidei, ſecundus Spei, tertius Charitati.* Idem Serm. 13. in Hexæm, in medio. *Sicut ſunt tres Perſonæ in una Eſſentia, ſic tres intelligentiæ in una ſuperficie litteræ.*

5. Denique ſic etiam S. Thom. Quodl. 7. art. 15. aliiſque pluribus locis. Vide ſupra. Accipe alium inſuper locum p. 1. q. 1. art. 10. in Corp. *Senſus ſpiritualis trifariam dividitur... Secundum quod ea, quæ ſunt veteris legis ſignificant ea, quæ ſunt novæ legis, eſt ſenſus Allegoricus; ſecundum verò quod ea quæ in Chriſto ſunt facta, vel in his quæ Chriſtum ſignificant, ſunt ſigna eorum, quæ nos agere debemus, eſt ſenſus moralis; prout verò ſignificant ea, quæ ſunt in æterna gloria, eſt ſenſus Anagogicus.*

6. Merentur hic adſcribi pulcherrima verba S. Bonav. in Prœm. Brevil. §. 8. de Profund. S. Scripturæ. *Hic triplex ſenſus competit etiam ipſius Scripturæ fini... quia Scriptura data eſt ut per ipſam homo dirigatur in cognoſcendis & agendis, ut tandem perveniat ad optata: & quia omnes creaturæ ad hoc factæ ſunt, ut ſerviant homini tendenti ad ſupernam Patriam, ideo Scriptura aſſumit ipſarum creaturarum ſpecies diverſas, ut ſic per ipſas doceat nos ſapientiam dirigentem nos ad ſuperna.*

7. *Et quia homo non dirigitur ad ſuperna niſi cognitivâ potentiâ agnoſcat verum credendum, & operativâ faciat bonum operandum, & affectivâ ſuſpiret, ad*

Deum

Digitized by Google

ſetque in Abrahamo; & Abraham fortè ignoraret, quòd ad præfigurandum hoc Deus præciperet. Eſt autem planè impertinens ad hanc rem, ſive Abraham hoc ignoraverit, ſive cognoverit; & multi alii fortè non intellexerunt quid ſua facta ſignificabant, prout ſaltem ignorabat Jeroboam, priuſquam factum eſſet totum, poſt quod ipſi ſignificationem expoſuit Ahias.

CAPUT IX.

De triplici Specie Senſus Myſtici.

1. Vidimus in præcedentibus Capitibus quid ſit Senſus Myſticus, item quod detur, demum in quibus à Scriptura relatis reperiatur; videndum nunc quomodo dividatur; de qua diviſione quidem ſparſim in præcedentibus actum eſt, præſertim capite ſecundò; hoc capite ſpeciatim de illa agemus. Hoc præmiſſo quod virtualiter hic ponenda ſint, ſeu repetita cenſeantur, quæ ſupra habentur cap. 2. n. 1. & 2. quibus hæc ſuperaddimus.

2. Poſt Abbatem *Neſterotem* apud Caſſianum Collat. 14. cap. 8. relat. ſup. cap. 2. n. 11. Et *Bucherium* relatum ibidem n. 10. S. Scripturæ Senſum Myſticum ſeu Spiritualem dividunt in *Allegoricum*, *Tropologicum*, *Anagogicum*, omnes planè Scholaſtici, & Recentiores Theologi, atque Interpretes, ſequentes in hoc Principes Scholæ. Ita enim *Scotus* tom. 3. in qq. Miſcel. de Formalitat. quæſt. 6. ubi n. 4. *Sacra Scriptura habet duplicem ſenſum, ſcilicet Litteralem, qui primus eſt* (ſeu immediatus) *& Spiritualem ſeu Myſticum, & iſte dividitur in tres, Allegoricum, Tropologicum, ſeu Moralem, & Anagogicum* (quidam volunt has quæſtiones eſſe *Lyrani*, non *Scoti*) ita etiam *Albertus Magnus* cujus verba habes ſupra cap. 2. n. 12.

3. Item Alexander de Hales 1. part. q. 1. Membr. 4. art. 4. *Cum veritas prima trina ſit & una, modus ſcientia veritatis primæ, eſt trinus in uno. Unus Litteralis,* triplex

Digitized by Google

ille v. gr. de ſciſſione regni Salomonis, non habetur immediatè ex verbis quibus iſta hiſtoria refertur 3. Reg. 11. à ℣. 29. uſque ad verba quibus explicat Ahias ſignificatum excluſivè, ſed ex rebus; nempe ex ſciſſione pallii in partes 12. & datione partium 10. Jeroboamo; ergo non eſt litteralis ſenſus, ſed Myſticus. Nec refert quod à ℣. 32. clarè idem litteraliter dicatur, & ſciſſio illa explicetur; nam etiam Gal. 3. clarè explicatur, & litteraliter dicitur ſignificatum hiſtoriæ de Iſaac, & Iſmaël, cum tamen certum ſit in illa deſcriptâ in Geneſi latêre ſenſum Myſticum.

31. Quod Pater Bottens dicit, illum ſenſum non haberi ex rebus per verba directè & propriè litteraliter ſignificatis, ſed tantùm ex rebus tamquam ex verbis, ſive loco verborum poſitis, non eſt verum: nam verba directiſſimè illam hiſtoriam peractam ſignificant, & illa hiſtoria, v. g. ſciſſio pallii, tamquam res figurativa, geſta tamen, ſignificat ſciſſionem Regni; adeòque mediatè tantum, quod ad ſenſum Myſticum ſufficit.

32. Quin imo niſi hoc dicamus, poterimus omnem ſenſum Myſticum eliminare, ac dicere omnia illa facta ſeu hiſtorias, in quibus etiam juxta P. Bottens latet ſenſus Myſticus, fuiſſe ex intentione ſaltem primarii loquentis ſeu Dei *ex rebus tamquam ex verbis, ſive loco verborum à Deo poſitis.* V. g. dum Deus mandavit ut Abraham ancillam Agar cum filio Iſmaël domo pelleret, quo Deus ſignificatum volebat, Judæos incredulos de Eccleſia pellendos. Igitur niſi omnem ſenſum Myſticum è Scriptura tollere velimus, in talibus factis ſignificativis, illum admittere debemus; maximè cum eis definitio ſenſus Myſtici optimè conveniat, ut patet ex dictis cap. 6.

33. Peto inſuper quid deſit ad factum Abrahæ immolaturientis filium Iſaac, quo minus Myſticè ſignificet Chriſtum immolandum &c. Et tamen illud figurativum fuiſſe, ac Deo mandante ad præfigurandum peractum fuiſſe, nemo dubitat Chriſtianus, etſi Deus per accidens ſimul exercitium obedientiæ daret, vel-

letque

27. Poſtremò dubium eſt de factis quibuſdam Propheticis, quæ in Scriptura referuntur geſta, non tam ut eſſent, quàm ut aliquid portenderent, ſeu ut ſignificarent aliquod ſimile. Talia aliqua allegavimus ſupra cap. 6. n. 7. quibus adde trina illa animalia, quæ certo ritu juſſus eſt immolare Abraham Gen. 15. quæ aliqua præſignificabant, de quibus eodem capite edocetur Abraham. Item quod Oſeas mandante Deo ad ſignificationem *aſſumpſerit fornicariam.* Oſe. 1. Item quòd Abias Propheta pallium ſuum in 12. partes ſciderit, & ex illis decem partes dederit Jeroboamo, quibus deſignabatur ſciſſio Regni Salomonis, & quòd 10. Tribus adhærerent Jeroboamo 3. Reg. 11. 29. Quod Jeremias portaverit Catenas ad deſignandam captivitatem Jerem. 27. 2. & cap. 28. à ℣. 10. Agabus alligaverit ſibi pedes, & manus, ad ſignificanda vincula Pauli futura. Act. 21. 11.

28. De illis etiam putat *P. Bottens* Tom. 2. p. 3. diſp. 5. q. 2. art. 2. Id quod præfigurabant talia facta, fuiſſe merum ſignificatum litterale. Unicum pro ipſo eſt, quod merè ad ſignificandum, ſeu ut per illa quaſi loqueretur Deus aut Propheta, illa geſta ſint, adeoque ſit quaſi Parabolica locutio.

29. Sed paſſim alii Auctores ipſi contradicunt, ſignanter Lorca lib. 1. de Locis diſp. 15. n. 5. ubi licet ſignificata Parabolarum, imò & viſionum Propheticarum ad ſenſum litteralem ablegaſſet; ſignificatum tamen harum hiſtoriarum, ſeu factorum, dicit eſſe Myſticum, his verbis: *Videtur tamen ad ſenſum Spiritualem pertinere, ſicut myſteria & ſignificata aliarum hiſtoriarum, quoniam ſenſus litteralis ſiſtit in narratione facti, & myſteria illa non poſſunt ex verbis littera accipi, ſed ex rebus ipſis.* Etiam illa ad ſignificata Myſtica reducere S. Thomam, ſatis colligere poſſumus ex ejus verbis ſupra datis n. 19. & 20.

30. Meritò autem hoc tenent, cùm ſenſus myſticus ſit ille, qui habetur immediatè non ex verbis, ſed ex rebus ulterius ſignificantibus tamquam figuris; atqui ſenſus

Digitized by Google

fert à ſe viſas quatuor beſtias, & reliqua ibidem relata, immediatè; (conſequenter litteraliter) hanc viſionem tamquam rem verè, & à parte rei geſtam ſignificant; quatuor verò illæ beſtiæ imaginariè exhibitæ, ulterius quatuor Monarchias ſignificabant, adeoque hæ Monarchiæ ſignificatum myſticum dicendæ ſunt.

24. Sicuti viſio oſtenſa Abrahæ Gen. 15. verè ipſa eſt ſenſus Litteralis verborum, quibus illa ibi deſcribitur & refertur; utique res geſta fuit & hiſtoria, hanc viſionem Abrahæ fuiſſe oſtenſam, in illum irruiſſe ſoporem ac horrorem, apparuiſſe inter diviſas hoſtias lampadem ignis tranſeuntem, & alia ibi deſcripta; atque ita hæc res geſta verè litteraliter ſignificatur per verba illa Gen. 15. Sed afflictio ſeminis, ſeu poſterorum Abrahæ, eorumque peregrinatio, & cæteri eventus, ſunt verborum illorum quibus viſio oſtenſa refertur, ſenſus Myſticus, ut ibidem patet, dum Deus viſionis, & animalium occiſorum ſignificationem Abrahæ indicat, ſeu oſtendit cujus rei illa figura erant:

25. Idem dicendum de aliis omnibus ſimilibus viſionibus, quibus Scriptura repleta eſt; nam illæ omnes verè res geſtæ ſunt, ſeu in veritate exhibitæ fuerunt, etſi ad aliquid ſignificandum; quod non obſtat, nam etiam ad ſignificandum tota Lex Vetus fuit, & tamen in illius Ceremoniis, Sacrificiis, cæteriſque admittitur ab omnibus paſſim ſignificatio Myſtica: Tales viſiones ſunt v. g. ſeptem ſpicæ & ſeptem boves exhibitæ Pharaoni Gen. 41. Olla ſuccenſa Jeremiæ c. 1. Ezechieli, & Joanni animalia illa ſeu Cherubim, aliaque innumera.

26. Aliud autem eſt in *Parabolis*; nam vel ibi nota ſimilitudinis additur expreſſè, vel ex circumſtantiis, & tunc nulla eſt paritas. Vel ſaltem eſt continua Metaphora, atque ita merus litteralis ſenſus, & evidens diſparitas. Vel conſideratur hiſtoria parabolica tamquam res geſta hypotheticè, & eatenus adſtruitur; tunc autem non video quomodo non poſſit dici Myſticus ſenſus, prout ſupra diximus.

27. Poſtre-

Digitized by Google

minùs principaliter, & quòd ex littera, quâ hæ viſiones docentur exhibitæ, & ex ipſis viſionibus, una ſola completa ratio ſigni exſurgat, juxta dicta cap. præced. num. 33. 34. 35.

19. Ita tenent multi poſt S. Thomam Quodl. 7. art. 15. ad 1. *Dicendum quòd hircus, vel alia hujuſmodi, per quæ alia perſona à Chriſto in ſcripturis deſignantur, non fuerunt res aliqua, ſed ſimilitudines imaginariæ ad hoc ſolum oſtenſæ, ut illæ Perſonæ ſignificarentur: unde illa ſignificatio quâ per illas ſimilitudines perſonæ illæ aut regna deſignantur, non pertinet niſi ad hiſtoricum ſenſum.*

20. *Sed ad Chriſtum deſignandum etiam illa, quæ in rei veritate contigerunt, ordinantur ſicut umbra ad veritatem; & ideò talis ſignificatio, quâ per hujuſmodi res Chriſtus, aut ejus membra ſignificantur, facit alium ſenſum præter hiſtoricum, ſcilicet Allegoricum. Si alicubi verò inveniatur quod Chriſtus ſignificatur per hujuſmodi imaginarias ſimilitudines, talis ſignificatio non excedit ſenſum litteralem, ſicut Chriſtus ſignificatur per lapidem, qui exciſus eſt de monte ſine manibus. Dan. 2.*

21. Fundamenta hujus ſententiæ, ſeu potiùs modi loquendi, jam dedimus, præſertim cap. præced. præcipuè n. 34. 35. ſcilicet quòd ſimiles viſiones, ſint mera ſigna, & non etiam res geſtæ; deinde à pari de Parabolis.

22. Sed ſalvo meliori judicio, videtur mihi, ſignificatum viſionis Propheticæ rectiùs myſticum vocari, quàm litterale; nam verba ſcripta, quibus illa viſio narratur, immediatè illam viſionem ſignificant tamquam veram hiſtoriam, ſive rem verè geſtam; nam veriſſimum eſt hanc viſionem Prophetæ, aut alteri alicui exhibitam fuiſſe: illa autem viſio, ſic prius per illa verba quibus refertur, litteraliter ſignificata, ulterius tamquam ſignum & figura, id quod figurabat ſignificabat, adeòque hæc ſignificatio mediata eſt, & conſequenter myſtica.

23. Exempli gratiâ: verba quibus Daniel cap. 9. refert

ſemen ſuum &c. Luc. 14. Parabola de filio Prodigo. Luc. 15. de Villico iniquitatis. Apologus Joathæ Judic. 9. à ℣. 8. *Ierunt ligna ut ungerent ſuper ſe Regem &c.*

16. Hinc ſatis patet ſenſum Parabolarum hâc ſaltem conſideratione eſſe litteralem metaphoricum, cùm Parabola non ſit in re ipſa aliud, quàm multiplex in uno ſermone metaphora. Si tamen illud quod Parabolicè proponitur, conſideremus ut hiſtoriam veram vel fictam hypotheticè aſſertam, poſſemus defendere quod verba prius illam hiſtoriam litteraliter ſignificent v. g. de Samaritano, & ſemineci; de filio Prodigo, de Lazaro & Epulone, & ita de cæteris; hiſtoriam autem ipſam ulterius ſignificare aſſimilatum, hoc eſt illud cui hiſtoria illa deſcripta ſimilis eſt, & ad quod ulterius ſignificandum illa dicta vel conſcripta eſt, atque adeò iſtud eſſe illius hiſtoriæ ſenſum myſticum, juxta dicta num. 10.

17. Multi præterea *Parabolam* conſiderant tamquam ſemper vel exprimatur, vel tacitè aſſeratur nota ſimilitudinis, ſaltem ex circumſtantiâ loquentis, ſub quâ conſideratione tunc eſt merus ſenſus proprius litteralis, & uterque ſenſus ad litteralem pertinet, tam ille de ſimilitudine, quam de aſſimilato, quia eſt æquè multum acſi diceretur expreſſè: *Hoc eſt ſimile illi*: ita paſſim Parabolam conſiderant Auctores. Et reverà ipſa, ſeu corpus Parabolæ videtur aliquo modo conſignificari ac ſupponi, etſi non abſolutè aſſeri, adeoque videtur eatenus aliquid plus eſſe, quàm nuda & mera metaphora, in qua nullatenus intenditur terminus à quo.

18. De Viſionibus exhibitis Prophetis & aliquibus aliis, quæ viſiones erant Symbola, ac ſigna rerum aliarum, major eſt controverſia inter Doctores, quàm de Parabolis; nam etiam multi volunt in illis non eſſe ſenſum Myſticum, ſed litteralem quidem unum, at virtualiter duplicem, qui indicet tam ipſam viſionem exhibitam, quàm id quod viſio illa præfigurabat, ita ut hæc ultima ſignificatio ſit primariò intenta, prior ſolum

minus

Digitized by Google

ſicato ad improprium transferuntur. Juxta dicta ſupra cap. 3. n. 15. 16.

12. Etenim Metaphora Græcè idem planè eſt, quod *Tranſlatio*: nam *μετὰ* eſt *Trans*, *φορέω* verò, uti & *φέρω* *Geſto*, *porto*, *fero*. Eſſentialiter autem non differt Metaphora à Parabola, ſed tantummodò materiâ, & (latè ſumendo Metaphoram) illa eſt genus reſpectu *Metaphoræ* ſtrictæ dictæ, *Allegoriæ* dictionis, & *Parabolæ*; nam Metaphora poteſt ſumi pro tropo in generali, & pro quâvis tranſlatâ ſeu tropicâ locutione in genere, ut ex S. Auguſtino antea notavimus.

13. Sed propriè loquendo, ſub eodem genere *Tropi*, ſunt *Metaphora*, *Allegoria*, *Parabola*, quæ ſic ſe ad invicem habent, ſicuti ad invicem ſeſe habent *Dictio*, *Oratio*, *Hiſtoria*: nam *Metaphora* ſtrictè eſt in ſola aliqua voce, verbo, ſeu dictione, quæ propter aliquam ſimilitudinem, ſeu Analogiam à propriâ ſignificatione ad impropriam transfertur, ut v.g. hic: *Oculi Domini ſuper juſtos*: ubi eſt impropria ſignificatio, ſeu tranſlatio à propriâ ſignificatione ad impropriam in ſola voce *Oculi*: vel etiam hic: *Prata rident*, ubi illa eſt in ſolo verbo *Rident*.

14. *Allegoria dictionis* (nam *Allegoria facti* fundat ſenſum Myſticum) eſt in integra oratione, ſeu dum non una vox, aut verbum, ſed plura in unâ oratione aut ſententia tanſlatè, ſeu Metaphoricè ſumuntur, v.g. hic: *Cor Regis in manu Domini*. Prov. 21. 1. Ubi & *cor* pro voluntate ſumitur, & *manus* pro poteſtate: Item illud Luc. 12. 35. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Ubi eſt in toto quidem Allegoria; ſed Metaphora in vocibus *Lumbi*, *præcincti*, *lucernæ*, *ardentes*, *manibus*.

15. *Parabola verò* eſt, dum non unum verbum, ut in Metaphora ſimplici; aut pauca, ſeu una ſententia, ut in Allegoria dictionis, ſed integer ſermo ſeu hiſtoria (ut vocari ſolet) Metaphoricè ſumitur, & omnia tranſlatè, ac per ſimilitudinem explicanda ſunt, v.g. Parabola tota Matth. 13. 3. *Exiit qui ſeminat ſeminare*

Digitized by Google

8. Sunt in iſta hiſtoria Parabolica duo. Primum eſt ipſa hiſtoria vera vel ficta, quæ in, vel pro ſimilitudine adducitur, ut v.g. ſeminans variè ſuum ſemen jacens. Matth. 13. Alterum eſt illud ſignificatum, ſeu objectum ſimile, quod per illam ſimilitudinem loquens parabolicè, intendit ſignificare, v.gr. in Parabola allegata, *ſemen eſt verbum* teſte Chriſto. Adeoque illud ſignificatum eſt Prædicatio Evangelica in diverſis audientibus diverſum effectum habens.

9. His præmiſſis dico quod ſenſus Parabolicus, & qui per ſimilitudinem intenditur, ſit litteralis, non Myſticus; ſed litteralis Metaphoricus; eſtque hæc communis ſententia, quam etiam expreſsè docet S. Th. in verbis relatis ſup. c. 3. n. 17 18. quod etiam videtur ſenſiſſe S. Hieronymus, cùm de Parabolis quæ habentur Ezech. 21. dicat lib. 7. in Ezech. *Id quod Dominus per Metaphoram, ſive Parabolam eſt locutus &c.* hoc autem ſemper eſt, niſi fortè loquens expreſsè intendat Parabolam tamquam hiſtoriam aliquam verè vel fictè geſtam ſupponere, & prius omninò ſignificare.

10. Si enim hoc ultimo modo conſideretur, & ipſe ita loqui intendat, tunc ibi duplex ſenſus videtur eſſe, unus ex ipſa littera, quæ tunc immediatè talem hiſtoriam veram vel fictam ſignificat hypoteticè. Hæc autem hiſtoria, iterum ſenſu myſtico illud, quod illa hiſtoria tamquam ſignum per ſimilitudinem ſuam, & intentionem loquentis ſignificat. De quo propterea videtur dixiſſe noſter Alphonſus à Caſtro lib. 1. adv. Hæreſ. cap. 3. *De ſenſu Parabolarum, qui eum intra litteralem circumſepire voluerit, non abs re faciet, ſi autem nollet, non obſto:* utrumque enim diverſâ conſideratione verum eſt.

11. Aliàs de per ſe ultimatus ſenſus ſolum eſt Metaphoricus, & ſemper eſt talis, dum vera eſt, & ſtricta *Parabola*; nam Parabola non eſt aliud quàm Continuata, & permanens, ac longa Metaphora, in quâ conſequenter omnes iſtæ partiales ſimilitudines tranſlatè intelliguntur, & à Grammaticali ac proprio ſigni-

ficato

uſurpatur pro ænigmatica, metaphorica, obſcura, atque involuta oratione, ſeu ſententia.

4. Ex hoc etiam obtinuit, ut quamlibet gravem, ſublimem, & doctrinalem ſententiam, etiamſi obſcura non ſit, *Parabolam* vocet ipſa Scriptura. Sic de Balaam ſatis aperta propheraturo dicitur Num. 23. 7. *Aſſumptâ Parabolâ dixit.* Inde & Proverbia Salomonis dicuntur *Parabola Salomonis.* Prov. 1. 1. Vide etiam Luc. 14. à ℣. 7. ubi doctrina clariſſima, & aperta vocatur *Parabola.* Unde & pro Adagio communi ac Proverbio quandoque ſumitur, v. gr. Luc. 4. 23. *Utique dicetis mihi hanc ſimilitudinem* (gr. *Parabolam.*) *Medice cura te ipſum*, eò quòd illa paſſim per ſimilitudines proponantur, vel ab exemplo, vel ex eo quod talia adagia ſint principia doctrinalia.

5. Hic inquirimus de ſtrictè dictis Parabolis, in quibus aliquid dicitur per ſimilitudinem. Et quidem dum nota ſimilitudinis expreſsè apponitur, ſenſus, ſeu ſignificatum Parabolæ eſt merè litterale; imo (quantum eſt ex hac parte) in proprio ſenſu litterali, quia omnino ut jacet littera, verum eſt hoc eſſe illi ſimile. V. g. dum dicit Chriſtus Luc. 6. 47. *Qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos ... ſimilis eſt homini ædificanti domum &c.*

6. In ſimilibus proinde nulla eſt Metaphorica locutio, ſicut etiam verè nulla eſt Metaphora, dum in aliqua oratione notam ſimilitudinis addo, v. g. dum dico: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Cant. 2. 2. quæ tamen eſt dum nota ſimilitudinis tacetur V. g. ibi. *Oculi Domini ſuper juſtos.* Pſalm. 33. 16. *Ego ſum vitis vera.* Joan. 15. 1.

7. Sed Parabola ſtrictiſſimè ſumitur pro toto ſermone, quo per ſimilitudinem proponitur integra quaſi hiſtoria, omiſsâ tamen notâ ſimilitudinis. Hanc deſcribit S. Thomas in Iſaiæ 14. *Parabola eſt ſermo ſimilitudinarius; qui aliud dicit, & aliud ſignificat.* De illa eſt propriè quod quærimus, quale ſit ejus ſignificatum, myſticum, an litterale.

8. Sunt

Digitized by Google

37. Verius autem mihi videtur, aut ſaltem congruentius dici, quod non ſolum res geſtæ, ſed etiam viſiones Propheticæ Myſticam ſignificationem habeant, ſicque nulla eſt objectio: de quo ſit

CAPUT VIII.

De Senſu Parabolarum, item Propheticarum viſionum, atque factorum, an Myſticus ſit, an Litteralis.

1. PArabola Græcum nomen eſt derivatum à verbo παραβάλλω; quod Grammaticaliter ſignificat *Adjicio, Conjicio*, à παρὰ & βάλλω *Jacio.* Inde ex uſu ſignificat *Conferre, Comparare, Aſſimilare. Parabola* transfertur à Cicerone *Collatio*, quâ vel Docti inter ſe verborum collationem habent, vel unam rem alteri conferunt, ſeu comparant & aſſimilant.

2. Hinc uſitatè ſumitur etiam à Scriptura *Parabola*; pro ſententia aliquâ, quæ per ſimilitudinem procedit, nimirum quâ unum alteri comparatur. Sic ſæpiùs habes in Evangeliis, quòd *Jeſus locutus eſt per Parabolas* v. g. Matth. 13. 3. *Locutus eſt eis multa in Parabolis dicens: Exiit qui ſeminat ſeminare &c.* Vide ibidem ℣℣. 10. 13. 18. & 24. *Aliam Parabolam propoſuit eis dicens: Simile factum eſt regnum Cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen.* Similia continuò occurrunt in Evangeliis; porrò ex duobus exemplis adductis, patet *Parabolam* vocari, ſive fiat expreſſa comparatio, per hoc quod nota ſimilitudinis exprimatur, ut fit in ſecundo exemplo, ſive ea non exprimatur, ſed tacitè ſubintelligatur, ut fit in primo.

3. Quia verò Hebræi, & Antiquiores Orientales ſua documenta, præſertim moralia, paſſim ſolebant proponere per ſimilitudines, eaſque ſæpè obſcuras & ænigmaticas; hinc nomen *Parabola* paſſim in Scriptura uſur-

Digitized by Google

ſera Scriptura eſt, non ſit verbum ſcriptum iſtius hominis, ſed propriè ſcriptum Dei, cui omnis Scripturæ ſenſus cognitus eſt, & qui optimè novit, quæ ſignificare intenderit. Vide verba SS. Thomæ, & Auguſtini ſupra cap. 4. n. 17. & 18.

33. Reliquæ objectiones adhuc minoris momenti ſunt, & ferè conſiſtunt in mera æquivocatione. Unicum addendum, nempe quoſdam velle in viſionibus Propheticis non pertinêre ad ſenſum myſticum, ſed ad litteralem, id quod ſignificabant illa viſa, ſeu figuræ quæ Prophetis oſtendebantur. Sed eſto illud verum foret (quod tamen non ita eſſe probabimus capite ſequenti) non ideò ceſſat omnis ſenſus Myſticus, nam diſparitas inter illas viſiones, & hiſtorias verè geſtas, quas Deus ut figuras ordinavit, magna eſt, & quidem hæc:

34. Dum aſſumitur aliqua res, non ut res eſt, nec ratione ſui, ſed merè ut ſimul cum vocibus compleat unicum totale ſignum, quo ſignificetur per ſe primò, & immediatè aliqua res; non illa, ſed hæc eſt, quæ pertinet ad ſenſum litteralem; ſaltem ſic conſiderari poteſt, & ſic conſiderant illi, qui ſignificatum viſionum Propheticarum reducunt ad ſenſum litteralem.

35. Nam dictæ imagines Prophetis repræſentatæ, non ſignificantur in verbis Propheticis ratione ſui, & ut res ſunt, ſed ſolum ut ſimul, cum verbis complent unicum ſignum, quo aliud ſignificatur; ſicque res ultimo ſignificata, ſeu quam ſignificant viſiones illæ, eſt ſignificatum immediatum verborum, atque adeò litteralis ſenſus. Ita illi, ſed minus arridet.

36 Subdunt equidem bene: hoc autem ſic non eſt ubi hiſtoria geſta ſignificat, quia etiam illa hiſtoria aſſumitur & deſcribitur non ſolum in ratione ſigni, ſed etiam ratione ſui, & ut res aliqua eſt; unde cum proportione de illis poteſt dici, quod in ſimili dixit Auguſt. Tract. 44. in Joan. *Ea quæ fecit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & opera & verba ſunt; opera quia facta ſunt, verba, quia ſigna ſunt.*

37. Ve-

ciis elici debet, quæ quo majora ſunt, eo erit veroſi-milius conceptum erutum, ſeu veritatem illam eſſe ſenſum Myſticum alicujus loci. Deinde etiam varii detorquent ipſum ſenſum litteralem, qui tamen non idcirco univerſim eliminandus eſt.

30. Senſus ſpirituales etiam ſunt certi & determinati quoad ſe, hoc eſt in Cognitione Divinâ, non tamen eſt neceſſarium quod omnes ſint determinati quoad nos, ſeu quòd nos omnes illos cognoſcamus; unde non mirum quòd ſæpè novi indagentur ac reperiantur, prout etiam de litterali dicendum eſt. Loquimur autem de ſenſu verè à Spiritu Sancto intento, & conſequenter verè è Scripturâ hauſto atque elicito, non de applicito, quem quiſque pro libitu fingit, & torquendo Scripturæ verba ſine ſolido fundamento elicit, qui ſunt tantum conceptus Prædicatorii & meri ſenſus accommodatitii.

31. Quod Abulenſis objicit, ſic numquam Scripturam fore completam, quia ſemper poſſunt addi alii & alii ſenſus myſtici nondum completi, ſicque Scriptura eſſet ſimul completa & incompleta, parum urget; & ad hoc reſpondeo: ſenſus myſtici non poſſunt pro libitu alii & alii fingi, ut ſtatim reflex imus. Deinde unius Scripturæ erit tantum unum adæquatum complementum, quod non erit niſi omnes Senſus, etiam Myſtici à Spiritu S. intenti completi, ſeu impleti ſint, in quo nullum eſt inconveniens: aliunde autem ſæpè Scriptura inadæquatè impleri poteſt, ſcilicet quoad unum ſenſum, licet non quoad alium, qui fortè tantum diu poſt implebitur, in quo iterum nullum eſt inconveniens; atque idem evenire poteſt in ſenſu litterali, dum multiplex eſt in eodem Scripturæ loco.

32. Quamvis etiam Scriptor ſacer forſitan non noverit aliquem ſenſum myſticum, ſicque illum non intenderit, atque ita ille ſenſus non ſit Scripturæ in quantum conſideratur, ut verbum talis Scriptoris, v. gr. Moyſis, Jeremiæ, Marci. Tamen conſiderandum quòd Sacra Scriptura non ſolum ſit, imo in quantum Sa-

cra

Digitized by Google

ibi carnis, ita hic littera velamine tegitur, ut littera quidem aſpiciatur tamquam caro, latens verò intrinſecus ſpiritualis ſenſus tamquam Divinitas ſentiatur.

25. Ad idem propoſitum multi exponunt illud Proverb. 22. 20. *Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter*, quorum unus S. Bonav. illis ipſis verbis ſuum Centiloquium incipit, & addit: *Tripliciter doctrina Sacri Canonis eſt deſcripta, quia præter litteralem ſenſum, tribus modis traditur exponenda, ſcilicet Moraliter ſeu Tropologicè, Allegoricè, & Anagogicè.* Et in Incend. Amor. cap. 1. *Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter, ait Sapiens in Scriptura S. quæ debet in ſe repræſentare veſtigium Trinitatis propter triplicem ipſius intellectum Spiritualem; Moralem ſcilicet, Allegoricum, & Anagogicum.*

26. Varia & multa objiciuntur contra Senſum Myſticum, ſed quia parvam difficultatem habent, objectiones non ad longum ſolvam, ſed breviter præoccupabo. Itaque ſenſus quidem myſtici ex ipſo nomine ſuo obſcuri ſunt, ſed etiam litteralis ſenſus ſæpè eſt obſcurus; & ſtudio, diligentiâ aliiſque mediis infrà allegandis ſenſus myſtici ex littera eruuntur.

27. Nec verum eſt ſenſus Myſticos eſſe inefficaces ad probandum, prout infra oſtendetur; deinde quamvis eſſent inefficaces ad dogmata fidei ſtabilienda; equidem utiles forent ad perſuadendum, ac movendum ad bonum, avertendum à malo &c.

28. Senſus etiam Myſtici licet ſignificentur per facta, & non per litteram ſeu verba, ſicque non videantur eſſe Scripturæ ſenſus; tamen etiam verè per litteram ſeu Scripturam ſignificantur, ſed mediatè; per factum autem immediatè per verba ſignificatum, ſignificantur immediatè.

29. Neque confuſiones orientur ex ſenſibus Myſticis, dum quivis pro libitu quidlibet è Scriptura eliciet, ut alter Philo & Origenes; nam ſicut infra dicemus, eſt modus in rebus, nec quidquid aliquis factis in Scriptura relatis accommodat, eſt ejus ſenſus Myſticus, ſed Myſticus ſenſus bonis fundamentis ac indiciis

Digitized by Google

non amittant; non etiam per hoc quod ſcripta ſint; amittunt ſuam ſignificationem; nam *typus* & *antitypus*, ſeu *figura* & *figuratum* ſe mutuò ut ſignum & ſignatum reſpiciunt: ergo cùm ſignificatio facta per illas res non ſit litteralis, quoniam res ut tales non ſunt litteræ: erit alius modus ſpecie diſtinctus ſignificandi, quem, quia ſic latet, *myſticum* vocamus. Et revera tollere omnem Senſum Myſticum, eſt tollere, ſeu negare omnem rationem *typi*, ſeu *figuræ* rebus, quæ in Veteri Teſtamento erant, ibidemque deſcriptæ ſunt; quod planè videtur hæreticum, cùm Scriptura (ut ſtatim vidimus) tam apertè afferat, quod res illæ *typi* fuerint, & *figuræ*.

22. Imo ipſa Scriptura docet Senſum Myſticum dari, prout nimirum Scripturam exponunt Patres; nam illi paſſim Sacram Scripturam intelligunt deſignari per illum librum de quo dicitur Apoc. 5. 1. *Vidi in dextera ſedentis librum ſcriptum intus, & foris*. Nimirum ob ſenſum litteralem & ſpiritualem, ut ipſi explicant cum S. Bonav. Serm. 12. in Hexæm. in fine: *S. Scriptura eſt liber ſcriptus foris; quia habet pulchras hiſtorias, & docet rerum proprietates; ſcriptus intus, quia habet myſteria & intelligentias diverſas.*

23. Eandem Scripturam juxta Patres ſignificat liber qui Ezech. 2. 9. *Erat ſcriptus intus & foris.* Super quo ita S. Hieron. *Scriptus erat foris in hiſtoria litteræ, intus intelligentiâ ſpirituali.* Et S. Gregor. Hom. 9. in Ezech. *Intus ſcriptus per ſpiritualem intellectum, foris autem per ſenſum litteræ ſimplicem infirmantibus congruentem.* Ita etiam Rupertus in Apoc. 5.

24. Cur Scriptura ſit intus ſcripta & foris, pulchrâ Analogiâ ad Verbum Æternum Incarnatum explicat S. Cyrillus Alex. lib. 1. in Levit. *In noviſſimis diebus Verbum Dei ex Maria Carne veſtitum proceſſit in hunc mundum, & aliud quidem erat quod videbatur in eo, aliud quod intelligebatur, & ita cùm per Prophetas vel per Legiſlatorem Verbum Dei profertur ad homines, non abſque competentibus profertur indumentis: Nam ſicut*

ibi

Digitized by Google

Paternoſter Franciſcus, in Orat. pro obtinenda paupertate: *Teſtamentum Vetus, Novi fuit figura.*

17. Denique 1. Cor. 10. allatis variis ex Veteri Teſtamento hiſtoriis, de mari, nube, eſca, potu &c. ſubdit ℣. 6. *Hæc autem in figura facta ſunt noſtri.* Clarius in Græco: *Hæc τύποι Typi*, hoc eſt *Figuræ noſtrorum facta ſunt.* ℣. 11. *Hæc omnia in figura contingebant illis, ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram.* Græcè: *Hæc typi figura*, hoc eſt figurativa *contingebant illis, facta ſunt autem ad admonitionem noſtrorum.*

18. Si contingebant in *figura*, hoc eſt, ſi erant *figuræ*, & *typi*, ergo aliquid figurabant; illud igitur figuratum, ſeu *Antitypus* erit Senſus Myſticus verborum, quibus illa facta figurativa deſcribuntur; nihil enim aliud nos, & omnes intelligunt per Senſum Myſticum, ſeu Spiritualem.

19. Sive ut aliis verbis idem dicamus: Si ipſæ res geſtæ erant *figuræ*, & *typi*, ut Scriptura aſſerit, & ſi ut geſtæ ſunt ſignificabant, etiam ſignificabunt quando ſcriptæ ſunt: Ita ſcilicet ut litteræ ſcriptæ prius & immediatè ipſas res geſtas ſignificent, in quo litteralis ſenſus conſiſtit; ipſæ autem res geſtæ deſcriptæ, & ſic litteraliter ſignificatæ, aliquid aliud denotant, hoc autem eſt ſpiritualiter ſeu myſticè ſignificare.

20. Ulterius juxta Scripturam & veritatem *Omnia hæc in* FIGURA *contingebant illis.* Et Coloſſ. 2. 16. & 17. *Nemo vos judicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt* UMBRA *futurorum; corpus autem Chriſti.* Hebr. 10. 1. UMBRAM *habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum.* Ex quibus Scripturis de fide eſt, quod pleraque, ſi non omnia, in Lege deſcripta, geſta, præſcripta, *typus* fuerint, & *figura* eorum, quæ in Lege gratiæ, aut in Patria Cæleſti forent gerenda; & Deus hæc mediantibus illis nobis declaraverit.

21. Cùm ergo hiſtoriæ illæ, ſacrificia, purificationes, abſtinentiæ à variis cibis, & ſimilia, ex eo quod ſcribatur qualiter geſta illa ſint, rationem *figuræ* & *typi* non

Digitized by Google

bibebant de ſpiritali conſequente eos petrâ; Petra autem erat Chriſtus. Hoc eſt: ſignificabat. Exod. 17. 6. Ubi Petra percuſſa dedit aquas.

14. Inſuper Chriſtus Luc. 24. 44. *Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me.* Ibidem ℣. 27. *Incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant.* Sed in Lege Moyſis, ſeu Pentateucho pauciſſima ſunt verba de Chriſto ad litteram agentia; ſunt tamen Symbola, & Typi accommodatiſſimi magno numero; v. gr. ſomnus Adæ; & ex ejus dormientis latere formata Heva. Arca diluvii, Manna, Petra percuſſa dans aquas, Tabernaculum, agnus Paſchalis, vitula rufa combuſta, Iſaac ductus ad immolandum, ſerpens exaltatus, aliaque innumera.

15. Quæ omnia erant ſigna, ſeu res umbratiles, ac Typicæ, ſeu figurativæ adinſtar vocum, indicantes futura Meſſiæ myſteria; ita ut ſicut Apoſtolus dicit 1. Cor. 9. 9. *Nunquid de bobus cura eſt Deo?* Sic nos non minori jure dicere poſſemus: nunquid de Agno mortuo cura eſt Deo, ne frangerentur ejus crura, & non potius de Agno myſtico ſeu Chriſto in Cruce occidendo, & integris cruribus cuſtodiendo? Ipſe enim eſt verus *Agnus Dei* Joan. 1. 20. Ipſe Apoc. 13. 8. *Agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi;* non in ſe quidem, ſed in figuris mortem ejus repræſentantibus.

16. Similiter S. Pet. 1. Epiſt cap. 3. 20. ea quæ de Arca Noë Gen. 6. litteraliter dicuntur, myſticè interpretatur de Baptiſmo. Paulus Rom. 2. à ℣. 15. oſtendit legem Circumciſionis juxta *Spiritum*, hoc eſt ſpiritualem ſive myſticum ſenſum, præcipere circumciſionem cordis; ubi eſt *Tropologia.* Idem ad Epheſ. 5. 31. Myſticè exponit de Eccleſia, quod litteraliter de Heva dictum eſt Gen. 2. Allegoricè de duobus Teſtamentis Novo ac Veteri interpretatur Gal 4. 22. quod litteraliter dictum fuit Gen. 16. & 21. de duabus uxoribus ac filiis Abrahæ, expreſsè addens ℣. 24. *Hæc ſunt* (hoc eſt ſignificant) *Duo Teſtamenta* &c. Unde Seraphicus

Pater

medii temporis, ut *Alenſis*, *Albertus magnus*, *Hugo de S. Victore.* Sufficiant quæ hactenus ſparſim allegavimus ex *SS. Thoma* & *Bonaventura* ſignanter cap. 2. num. 12. & 13.

10. Senſum Myſticum ut Sacræ Scripturæ, ſeu à Deo intentum, etiam agnoſcunt omnes Antiquiores, omneſque SS. Patres quos grandi agmine, citatis eorum locis adducit Bonfrerius Præloq. cap. 20. Sect. 1. Unus pro mille ſit Aug. lib. Civ. 17. cap. 3. *Mihi multum videntur errare, qui nullas res geſtas in eo genere litterarum, aliquid aliud præter id quod eo modo geſta ſunt, ſignificare arbitrantur.* Alia Patrum verba clariſſima in ſequentibus ſparſim occurrent.

11. Oſtendit inſuper Bonfrerius ſtatim citatus, Myſticum ſenſum fuiſſe in uſu omni tempore apud Judæos, etiam Chriſti temporibus, imo & anterioribus, in tantùm ut ipſi ſenſum Myſticum appellarent דבר גדול *Dabar gadol*, *Verbum magnum*, tamquam principale, & excellentius, Litteralem verò דבר קטן *Dabar katon*, *Verbum parvum*. Conſtat etiam ex libro Ariſteæ de LXXII. Interpretibus, quomodo annis circiter 300. ante Chriſtum Eleazarus Pontifex Tropologicè expoſuerit animalia, quorum eſus fuit in Lege Veteri prohibitus.

12. Senſum Myſticum dari, etiam conſtat ex ipſa Scriptura, ex quâ patet, quòd ipſe Chriſtus Dominus & Apoſtoli Scripturas Myſticum ſenſum habêre, ſatis clarè aſſeruerint, v.g. Jonas tribus diebus, ac noctibus in ventre ceti detentus, ac poſteà eductus, præfigurabat Chriſtum poſt tridui ſepulturam redivivum, ut docet ipſe Chriſtus Matth. 12. 39. Luc. 11. 30. Quibus locis expreſſe applicat ad ſuam mortem, ſepulturam, reſurrectionem, imo vocat SIGNUM *Jonæ Prophetæ*.

13. Sic etiam Chriſtus Joan. 3. 14. myſticè de Crucifixione ſuâ, & merito paſſionis, ac fide in ipſum, explicat hiſtoriam de æneo ſerpente à Moyſe erecto Num. 21. quem & Deus juſſit ibidem ℣. 8. poni *pro ſigno*, & ℣. 9. *Moyſes poſuit eum pro ſigno.* Paulus 1. Cor. 10. 4.

Digitized by Google

ſecundum Senſus Myſticos; attamen videtur ſentire ſenſus myſticos non eſſe à Scriptura intentos, ſed tantùm à Patribus & Doctoribus ingenioſè atque utiliter excogitatos, ſeu quòd ſint meri conceptus Cocionatorii, & ſenſus tantum accommodatitii.

6. Dico: *Videtur ſentire*; nam mens Abulenſis mihi dubia eſt, verbaque ejus ſatis involuta ſunt; quidquid autem ſit de ejus mente, meritò expuncta eſt ad ejus quæſtionem 73. in cap. 6. Joſue, quędam nota marginalis, quæ irrepſerat, in qua ſenſus myſtici Concionatorum ſomnia dicebantur. Forſitan Abulenſis tantum negat eſſe veros Scripturæ ſenſus, conceptus illos, & Allegorias, quas unuſquiſque pro libitu, & ſtudio ſuo è Scripturâ elicit; non verò ſignificationes illas intentas à Deo per facta Veteris Legis; quas forte Abulenſis volet eſſe ſenſus litterales, vel reducere ſaltem ad ſenſum litteralem.

7. Sic etenim tantùm eſſet quæſtio de nomine, & ita ſentire (ſaltem loqui) debet Joannes Segovienſis; nam ipſi ſenſus litteralis *eſt omnis qui à Spiritu Sancto fuit intentus*. Etenim ſi tam latè ſumeretur Senſus Litteralis, omnis verus Myſticus etiam eſſet litteralis dicendus. Sed non eſſe congruam locutionem Segovienſis probavimus cap. 3. n. 2. & 5.

8. Igitur indubitanter aſſerendum eſt myſticum ſenſum ſuperiori Capite deſcriptum in Scriptura dari; & verè à Spiritu Sancto fuiſſe intentum: ita enim omnes tenent Recentiores, quos magno numero allegat *Antonius à Matre Dei* Præslud. 3. cap. 2. n. 8. inter quos *Molina*, *Bannez*, *Gonzalez*, *Valentia*, *Zumel*, *Scalante*, *Rua* docent concluſionem hanc eſſe de fide. Potuiſſet prædictis addi noſter *Sasbout*, ſiquidem Proœm. in Iſaiam dicit *Myſticum ſenſum non à Patribus novæ Legis, aut ab homine aliquo ad fidei & morum inſtructionem confictum, aut inventum, ſed à Spiritu Sancto in ſacris Litteris indicatum eſſe. Iſtud certò certius eſt, atque aliter opinari hæreſis eſt.*

9. Tenent eandem ſententiam omnes Scriptores medii

Digitized by Google

vinitus ſancita, & figuris atque ænigmatibus obtecta confirmant, atque ingentibus repleta myſteriis, inflati mente ac tumidi, obturbate in ſemetipſis rationis humanæ judicio, Sacramenta putant, in quibus imperitus & agreſtis ſcriptor explicare ſe non valet. Hujus abſurdæ expoſitionis initium proceſſit à viro, quem ego adhuc cùm eſſem valdè parvulus vidi.... Origenes hic eſt.

3. Sed quàm in hoc ultimo mentiatur Porphyrius patet vel ex ſolo Philone Judæo, qui temporibus Apoſtolorum floruit, qui & ipſe maximus Allegoriſta fuit, & ſcribit de Eſſenis Chriſtianis Alexandrinis lib. de Vita Theoretica: *Tractatus ſacrorum voluminum hujuſmodi habent, ut magis Allegoricis opinionibus utantur, quoniam quidem omnis lex viris iſtis videtur animali eſſe ſimilis, quod corpus quidem habeat ipſam litteram, & ea quæ ſecundum litteram deſignantur, animam vero occultam in littera ſpiritualem & invinſibilem ſenſum, quem illi ab auctoribus ſuis edocti ſublimius & nobilius velut inſpicientes per ſpeculum contemplantur.* Ita Philo apud Euſebium lib. 2. Hiſtor. cap. 17. Interprete Rufino. Vide infra num. 11. Ubi etiam noto 300. ante Chriſtum annis Tropologicè ab Eleazaro Pontifice explicata fuiſſe animalia, quorum carnium eſus in lege prohibetur.

4. Interim varii Hæretici ſignanter *Sibrandus*, *Mortonus*, *Wittakerus* Prophyrium ſequuntur, ſolum ſenſum litteralem agnoſcentes, ſpiritualem verò tamquam merum figmentum ab hominibus novitatum amatoribus excogitatum, rejicientes. Eraſmus etiam in Præfat. Paraphraſeon, ad Imperat. ſcribit: *In explicandis Allegoriis Doctores partim variant, partim ludere mihi videntur.* Omnium autem impudentiſſimè *Lutherus* de S. Dionyſio Areopagita dicit: *Ludit in Allegoriis, quod eſt otioſorum hominum ſtudium.* Ita refert Bonfrerius in Præloq. cap. 20. Sect. 3.

5. Abulenſis quidem Senſus Myſticos non improbat, ſicut faciunt hæretici, quin imo q. 73. in cap. 6. Joſue promittit Commentarios in totam Scripturam

Digitized by Google

& Anagogicum, ut vide infra cap. 10. num. 3.

23. Hinc ſenſum Myſticum Patres paſſim etiam vocant *Allegoricum*, ut nos notavimus, & probavimus ſupra cap. 2. Sed tunc, ut ibidem refleximus, latius ſumitur, & ſumpſerunt Patres *Allegoriam*; non verò ut denotet præcisè ſenſum Allegoricum ſtrictè dictum, qui eſt una tantùm ſpecies ſenſus Myſtici, ut ſtatim dicemus, & qui nunc ſimpliciter per vocem *ſenſus Allegoricus* intelligitur: quod etiam notavit S. Thomas Lect. 7. in cap. 4. Gal. *Allegoria ſumitur aliquando pro quolibet Myſtico intellectu, aliquandò pro uno tantum, ex quatuor, qui ſunt Hiſtoricus, Allegoricus, Tropologicus*, (ita certò legendum eſt, etſi mendosè codex meus habeat: *Myſticus*) *& Anagogicus.*

CAPUT VII.

An detur Senſus Myſticus in Scriptura.

1. Mirum profectò alicui videri poſſet moveri à me quæſtionem in titulo capitis propoſitam, nimirum: *An detur ſenſus Myſticus*; cùm evidens appareat ex antedictis talem ſenſum in Scriptura dari. Sed deſinat mirari, nam ſenſum Myſticum, ut verum Sacræ Scripturæ, ſeu Dei in Scriptura loquentis ſenſum, pertinaciter negant diverſi hæretici, imo & eundem videntur impugnare quidam Catholici.

2. Primus verò qui ſenſus Myſticos oppugnavit fuit Ethnicus Porphyrius Philoſophus, qui (ut refert Euſebius lib. 6. hiſtor. c. 15.) libro 3. adverſus Chriſtianos ſcribit: *Adhærent ineptiis Judaicarum Scripturarum, in quibus cum abſolutio vel explanatio nulla ſit, ad quaſdam ſe narrationes incongruas convertunt, quæ non tam explanationes ſunt in iis, quæ obſcuriora ſunt, quàm laudem plauſumque differentibus conferant: Nam ea quæ Moyſes agreſti, & ſimplici ſermone conſcripſit, Divinius*

ritualibus ſit; hoc enim non eſt verum tum propter ſtatim dicta, tum quia quandoque ſenſus ſpiritualis de rebus corporalibus eſt. Cujus rei exemplum habetur Iſaiæ 20. ubi Senſus Myſticus verborum quibus narratur Iſaias *Diſcalceatus* inceſſiſſe, eſt captivitas Ægyptiorum & Æthiopum, fienda per Regem Aſſyriorum, prout ex illo capite clarè patet.

19. Econtra etiam Senſus Litteralis ſæpè eſt de rebus maximè ſpiritualibus. Exempla ſint Joan. 1. 1. *In principio erat Verbum.* Adde Joan. 10. 30. *Ego & Pater unum ſumus.* Ex quibus ulterius patet ſenſum Myſticum non dici *ſpiritualem*, quòd ipſe ſolus ſpiritualis ſit, litteralis autem tantummodo ſit carnalis, prout aliqui hæretici ſomniatunt, ſignanter Frankius ſupra cap. 4. n. 1.

20. Paſſim etiam vocatur hic ſenſus *Typicus:* unde cantamus in Hymno de Venerabili: *Poſt Agnum Typicum expletis epulis;* imo hoc nomine appellatur rectiſſimè, quia hunc ſenſum habent, & exprimunt res geſtæ, ſeu hiſtoriæ in Scriptura deſcriptæ, quæ, & quatenus ſunt *Typus*, hoc eſt *figura* aliarum rerum: quapropter ſatis commodè vocari etiam poſſet ſenſus *figuratus*, vel *figurativus*; ſed ſic vocari non ſolet, cùm ea vox magis uſitatè ſignificet ſenſum litteralem metaphoricum.

21. Hæc appellatio *ſenſus Typici* deſumpta videtur ex Apoſtolo 1. Cor. 10. ubi enarratis variis hiſtoriis, antiquæ Legis tempore geſtis, quæ Myſticè res Novi Teſtamenti deſignabant, dicit ℣. 6. *Hæc autem in figura* (Græcè *Typo*) *facta ſunt noſtri.* Item ℣. 11. *Hæc omnia in figura* (Gr. *Typo*) *contingebant illis.* Inde eſt, quòd noſter Sasbout dicat Procem. in Iſaiam: *Senſum Myſticum Paulus* 1. *Cor.* 10. *Typicum appellat.*

22. Addit idem: *Et ad Gal.* 4. *Allegoricum;* nam ibidem Paulus de Hiſtoria Iſaac & Iſmaël deſcripta Gen. 16. & 21. dicit ℣. 14. *Quæ ſunt per Allegoriam dicta*, ſtatimque ſubdit triplicem ſenſum Myſticum hujus hiſtoriæ: Allegoricum ſtrictè, Tropologicum, &

Digitized by Google

15. Vocatur iſte ſenſus importatus per res in Sacra Scriptura deſcriptas: *Senſus Myſticus*, id eſt, arcanus, abditus, reconditus, quia ſub rebus ſignificatis per verba, quaſi concluſus eſt, & reconditus, ac ita latens, ut legens verba S. Scripturæ illum ſenſum ex illis numquam hauriret, niſi aliunde inſtrueretur. Græcè *Myſterium* idem eſt quod *arcanum*, obſcurum, reconditum, præſertim ſacrum: Unde de eo S. Bonav. in Proœm. Brevil. *Sub cortice litteræ apertæ, occultatur Myſtica, & profunda intelligentia.*

16. Vocatur etiam Senſus *Spiritualis*, quia ſub rebus & figuris latet, & illis quaſi ineſt, ſicut ſpiritus ſub corpore quod informat. Illud notavit Philo Judæus laudans Chriſtianos Alexandrinos primitivæ Eccleſiæ apud Euſebium lib. 2. Hiſtor. cap. 17. *Omnis lex viris iſtis videtur animali eſſe ſimilis, quod corpus quidem habeat ipſam litteram, & ea quæ ſecundum litteram deſignantur; animam verò occultam in littera, ſpiritualem & inviſibilem ſenſum.* Etiam animadvertit S. Eucherius relatus c. 2. n. 10. *Corpus Scripturæ Sacræ in littera ſive hiſtoria eſt, anima in morali ſenſu, qui Tropologicus dicitur: Spiritus in ſuperiore intellectu, qui Anagoge appellatur.* Vide infrà cap. ſeq. n. 11.

17. Reflectit Eucherius ad loca Scripturæ, quæ ſecundùm officia mentem hominis in duo dividit: in quantum informat corpus, & vegetat, ac ſenſitivum facit, *Animam* vocat; in quantum verò intelligit, & vult, *Spiritum.* Unde eſt illud Dani. 3. 36. *Benedicite ſpiritus, & animæ juſtorum Domino.* Item illud 1. Theſſ. 5. 23. quod ibidem Eucherius adducit, & per Scripturam fieri dicit, ſcilicet: *Ipſe Deus pacis ſanctificet vos per omnia, ut integer ſpiritus veſter, & anima & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur.*

18. Iſtud nomen conforme eſt Paulo 1. Cor. 10. 4. *Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos Petrâ, Petra autem erat Chriſtus.* Notandum verò quòd non ideo vocetur *ſpiritualis*, quòd de rebus præcisè, & tantum ſpi-

tualibus

ſione ſolo & Chriſto dicere intendit: *Ego ero illi in Patrem* &c.

13. Quapropter nec ad verum Senſum Myſticum pertinent, nec ad ullum ſenſum Scripturæ (niſi quod ex litterali procedamus) dum exempla S. Scripturæ adducimus ad aliqua probanda, aut perſuadenda; v. g. dum proponimus charitatem Chriſti pro crucifixoribus ſuis orantis, aut Stephani pro lapidantibus ſe deprecantis, ut aliis perſuadeamus, aut eos doceamus inimicis condonandum eſſe. Non enim Chriſtus aut Stephanus figura noſtri aut hominum omnium fuerunt, nec illud Chriſti aut Stephani factum ſignificabat ex intentione Dei noſtras actiones; ſed tantum inſtruunt, juxta illud Chriſti Joannis 13. 15. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Ita etiam 1. Reg. 21. David neceſſitate compellente licitè commedens panes propoſitionis, non fuit typus ſeu figura Apoſtolorum præ fame vellentium ſpicas in Sabbato, ſed Chriſtus Davidis hoc exemplo uſus eſt, ut oſtenderet quod neceſſitas non habeat legem, ſicque Apoſtoli accuſandi non eſſent, ſed excuſandi, dicens Matth. 12. 3. *Non legiſtis quid fecerit David* &c.

14. Idem dicendum de ſimilibus omnibus exemplis, quibus etiam ipſa Sacra Scriptura utitur. V. g. Jacob. 5. 10. 11. *Exemplum accipite fratres ... ſufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis.* Matth. 24. 37. *Sicut fuit in diebus Noë, ita erit & adventus Filii Hominis* &c. Luc. 17. à ℣. 28. *Sicut factum eſt in diebus Lot* &c. ℣. 32. *Memores eſtote uxoris Lot* &c. Stephanus Act. 7. ℣. 51. *Vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, ſicut Patres Veſtri, ita & vos.* Sic etiam Chriſtus Lucæ 4. exemplum de Vidua *Sareptana.* 3. Reg. 17. adducit, & aliud de Naaman Syro 4. Reg. 5. ut oſtendat: *Quia nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua.* In quibus omnibus Novi Teſtamenti locis, non videntur hiſtoriarum Antiqui Teſtamenti Senſus Myſtici explicari, ſed tantum à ſimili exempla ad perſuadendum adduci.

lia facta hoc ſignificare. Unde talis ſpeculatio, & applicatio facti in Scriptura relati, eſſet merus conceptus prædicatorius, (ut vocant) qualia ſunt plurima, quæ tanquam ſenſus Myſtici adferuntur ab Auctoribus, & tamen quia à Deo intenta non ſunt, à vera ratione ſenſus Myſtici, ſeu Spiritualis revera deficiunt.

10. Proinde ad Verum ſenſum Myſticum non ſufficit, quod aliquid in Scriptura poſitum ſeu relatum, alicui alteri rei conveniat, aut poſſet ſignificari; ſed inſuper requiritur, ut hoc deſcriptum à Deo ordinetur ad illud aliud ſignificandum; ſeu ut Deus per illam rem in Scriptura deſcriptam, illud alterum voluerit indicare, ſeu ſignificare.

11. Exempli gratiâ: Ad hoc ut illud quod à Deo de Salomone litteraliter eſt prædictum & ſcriptum. 1. Par. 22. 10. *Ego vero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in filium*, Myſticè de Chriſto dictum ſit, ſeu verum ſenſum Allegoricum habeat de Chriſto; non ſufficit quod hæc verba etiam Chriſto conveniant, imo magis propriè ei conveniant, & de illo dici poſſint, quam de Salomone; ſed requiritur inſuper ut Salomon ex intentione Dei aſſumptus ſit ut eſſet typus, ſeu figura Chriſti, & ex illa intentione Dei per Salomonem ſignificandi Chriſtum, hæc verba ſcripta ſint.

12. Niſi enim hoc requireretur ad ſenſum Myſticum verum, & à Deo intentum, ſequeretur quòd illa verba eadem: *Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in filium*, in ſenſu verè Myſtico eſſent intelligenda de omni juſto, qui unquam eſt, fuit, vel erit: nam quilibet juſtus eſt Filius Dei adoptivus, juxta illud Joan. 1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Item iſtud 1. Joan. 3. 2. *Chariſſimi nunc filii Dei ſumus.* Quod autem quilibet juſtus per hæc verba myſticè ſignificetur, & Salomon cujuſvis juſti typus fuerit, nemo prudens dixerit. Dum ergo illa applicantur ad quemvis juſtum ſeu filium Dei adoptivum, eſt ſolus ibi Senſus accommodatitius (de quo infrà cap. 15.) & quaſi exemplum, inquantum ſingulis juſtis ſit hoc, quod Deus de Salo-

mone

terali, habent illud ipſum factum, quod eſt figura, ſignum, Typus alterius; pro ſenſu autem Myſtico Antitypum, ſive illud aliud, cujus primum figura erat.

7. Exemplum ſit Iſaias cap. 20. Mandante Deo ℣. 2. *Vadens nudus & diſcalceatus; & dixit Dominus: ſicut ambulavit ſervus meus Iſaias nudus & diſcalceatus, trium annorum ſignum, & portentum erit ſuper Ægyptum, & ſuper Æthiopiam. Sic minabit Rex Aſſyriorum captivitatem Ægypti & tranſmigrationem Æthiopiæ juvenum & ſenum, nudam & diſcalceatam.* Sic etiam *Lumbare, lineum* præcipiente Deo à Jeremiâ emptum, portatum, defoſſum, & tandem putridum inventum ſignificabat Jeremiæ 13. 9. *Sic putreſcere faciam ſuperbiam Judæ, & erunt ſicut Lumbare iſtud, quod nulli uſui aptum eſt* &c. Ubi latè figuram Lumbaris illius Deus oſtendit, explicat, applicat. Vide alia infra cap. 8. n. 27.

8. Hinc provenit commune illud effatum: Prophetas non tantùm verbis, ſed etiam factis Prophetaſſe, intantum ut & Pſeudo-Prophetæ hoc imitati ſint; ſic enim legimus 2. Par. 18. 10. *Sedecias fecit ſibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: his ventilabis Syriam, donec conteras eam* Tu Achab. Quamvis autem hæc Prophetia fuerit falſa, nec victoria ſecuta ſit, ſed magis clades ſeu occiſio Achab; tamen ex mente Sedeciæ Pſeudo-Prophetæ verè illa portatio cornuum erat figura, & ſignificabat illam victoriam imaginariam, adeoque hæc iſtius facti ſenſus Myſticus erat, & illa cornuum portatio ſenſus Litteralis, verborum quibus illa deſcribitur 2. Par. 18. 10. Vide etiam Jerem. 28. 10.

9. Notandum ſingulariter me in Definitione dixiſſe: *Ex intentione Spiritûs Sancti*; nam ſi hoc deſit in aliqua explicatione Myſticâ loci cujuſdam S. Scripturæ, non erit verus ſenſus Myſticus, imo nec S. Scripturæ; utpote cùm ex ſuppoſito ille ſenſus per talia facta, in Scriptura relata, non ſit intentus à Spiritu Sancto, ſive (quod idem eſt) Spiritus Sanctus non intenderit per ta-

lia

Itaque *Senſus Spiritualis dicitur illa ſignificatio, quâ res ſignificata per voces, iterum res alias ſignificant.* Sunt ipſa verba S. Thomæ, & in ſubſtantia S. Bonaventuræ, ac re ipſa conveniunt cum communi definitione, quæ eſt hæc: *Senſus Myſticus S. Scripturæ, eſt ille, quem verba S. Script. ex intentione Spiritus S. mediatè ſignificant.*

4. Differt proinde ſenſus myſticus à Litterali in hoc, quod Myſticus ſenſus non proximè, & immediatè per verba S. Scripturæ ſignificetur, ſed tantùm remotè, mediantibus ſcilicet rebus per verba in ſenſu litterali ſignificatis: ubi enim ille ſenſus eſt, verba priùs litteraliter propriè, vel metaphoricè rem aliquam, aut hiſtoriam, vel factum ſignificant, illa verò res, vel factum, aut hiſtoria ex mente Dei eſt ſignum, ſeu figura alterius rei factæ, vel fiendæ, ſicque illam ſignificat, prout omnis figura ſignificat ſuum figuratum.

5. Exempli gratia attendantur verba quibus Gen. 16. & 21. agitur de duobus filiis Abrahæ Iſaac & Iſmael. Verba quibus illa hiſtoria ibidem deſcribitur, immediatè illam hiſtoriam, atque adeo litteraliter ſignificant; eſtque hæc hiſtoria horum verborum ſenſus litteralis. Sed hiſtoria ipſa, ſeu res geſta ibidem deſcripta (non autem verba, niſi mediatè, quatenus hiſtoriam ſignificant) quia ad hoc à Deo ordinata eſt, ut eſſet figura Novi Teſtamenti; qualiter nimirum Judæi ſicut Iſmael ancillæ filius, eſſent expellendi, ſeu non recipiendi ad Eccleſiam; at fideles gentiles, ut liberæ Saræ filius, recipiendi, ſignificat illud ipſum. Eſtque hic ſenſus Myſticus ſeu ſpiritualis verborum Gen. 16. & 21. ut docet Apoſtolus Gal. 4.

6. Porrò poſſe aliquod factum aliud quidpiam factum vel fiendum ſignificare (in quo fundatur ſenſus Myſticus) res clariſſima eſt attentis variis Scripturæ locis, quæ talia facta ſignificativa, ſeu figurativa deſcribunt; imo ſæpè addunt quòd ad quædam alia præfiguranda, prædicenda, ſignificanda hæc geſta ſint. In his igitur locis verba quibus illud factum figurativum deſcribitur, pro ſenſu immediato, conſequenter & litterali;

inferno, & æterna vita. V. g. Sap. 5. 16. *Juſti autem in perpetuum vivunt* &c. Matth. 25. 46. *Ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam.*

14. *Hiſtoricus* ſtrictè dictus ſuprà deſcriptus eſt ex S. Auguſtino n. 3. 4. 5. Quibus de ſenſu litterali dictis, agendum nunc eſt de Senſu Myſtico, de quo incipiendo ſit.

CAPUT VI.

De Senſu Myſtico.

UT reflectit Hugo de S. Victore lib. de Scriptura cap. 3. *Habet ſacrum eloquium proprietatem quandam ab aliis ſcripturis differentem; quod in eo primum per verba, quæ recitantur, de rebus quibuſdam agitur, quæ rurſum res, vice verborum, ad ſignificationem aliarum rerum proponuntur.* Idem paucioribus expreſſit S. Bonavent. in Prooem. Breviloq. cap. 5. *Quoniam Deus non tantùm loquitur per verba, verum etiam per facta.... Ideo in Scriptura Divinitus tradita, non tantùm debent ſignificare verba, verùm etiam facta.* Concordat in hoc S. Thomæ variis locis, ſignanter allegatis ſupra cap. 2. n. 13. & cap. 3. n. 1.

2. Quibus addo illa, quæ habet Angelicus 1. p. q. 1. art. 10. in Corp. *Auctor S. Scripturæ eſt Deus, in cujus poteſtate eſt, ut non ſolum voces ad ſignificandum accommodet, ſed etiam res ipſas. Et ideò hoc habet iſta ſcientia* (Scriptura) *quod ipſæ res ſignificatæ per voces, etiam ſignificant aliquid: illa ergo prima ſignificatio, quâ voces ſignificant res, pertinet ad primum ſenſum, qui eſt ſenſus hiſtoricus, vel litteralis: illa verò ſignificatio, quâ res ſignificatæ per voces, iterum res alias ſignificant, dicitur Senſus Spiritualis.*

3. Ultima hæc verba, ſi parùm aliter diſponantur, exhibent nobis exactam deſcriptionem ſenſus Myſtici, ſeu Spiritualis juxta mentem SS. Thomæ, & Bonaventuræ, quibus alii auctores penè omnes accedunt.

Itaque

Digitized by Google

rali. Idem variatis terminis poteſt objici circa allegoricum Senſum, & anagogicum. Ad illud, inquam, ſic reſpondet D. Angelicus: *Ad tertium dicendum, quod moralis ſenſus non dicitur* (loquendo ut jam uſus obtinuit) *omnis ſenſus per quem mores inſtruuntur, ſed per quem inſtructio morum ſumitur ex ſimilitudine aliquarum rerum geſtarum: ſic enim moralis ſenſus eſt pars* (potentialis, ſeu ſpecies ſenſus) *ſpiritualis*, & ſic loquendo *numquam eſt idem ſenſus moralis & litteralis*.

10. Idem cum proportione dicendum de Allegorico, & Anagogico. Si autem uſus loquendi jam talis eſſet, ſatis congruè poſſemus ſenſum litteralem mores inſtruentem *Tropologicum* vocare, ac ſervatâ proportione *Allegoricum*, & *Anagogicum*. Hâc conſideratione generaliter videtur locutus Auguſtinus lib. 1. de Gen. ad Litt. cap. 1. *In libris omnibus ſanctis intueri oportet, quæ ibi æterna intimentur* (en Anagogicum) *quæ facta narrentur* (ecce Hiſtoricum ſtrictè dictum) *quæ futura prænuntientur* (vide Allegoricum) *quæ agenda præcipiantur vel moneantur*; quod ultimum pertinet ad Tropologicum ſeu moralem.

11. Itaque *Allegoricus Litteralis* appellatur à taliter loquentibus, litteralis ſive proprius, ſive metaphoricus, de rebus fidei inſtruens, v.g. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cælo*. 1. Joannis 5. 8. Deutr. 6. 4. *Dominus Deus noſter Dominus unus eſt*. Joannis 1. 14. *Verbum Caro factum eſt*. Item omnia Scripturæ loca, in quibus ad litteram punctum fidei exprimitur, ſignanter circa credenda de Deo, Chriſto, Eccleſia.

12. *Tropologicus litteralis*, eſt litteralis mores inſtruens, v.g. *Diliges Dominum Deum tuum*. Deuter. 6. 6. *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Matth. 16. 24. *Diverte à malo & fac bonum*. Pſalm. 33. 15. Generaliter omnia conſilia, monita, præcepta in Scriptura litteraliter ſive propriè, ſive metaphoricè expreſſa.

13. *Anagogicus Litteralis eſt*, qui ſecundùm litteram ad Cæleſtem Patriam nos ducit, ſeu de Cælo agit, aut inferno,

Digitized by Google

6. *Ætiologicus* Senſus eſt, dum alicujus dicti, vel facti in S. Scriptura relati, rationem reddit, ſeu cauſam aſſignat ipſa Scriptura: dicitur ab *αἰτία*, hoc eſt *Cauſa, Ratio,* & *λόγος Sermo. Verbum:* unde S. Thom. 1. p. q. 1. art. 10. ad 2. *Ætiologia cum cauſa dicti aſſignatur, ſicut cum Dominus aſſignavit cauſam quare Moyſes permiſit licentiam repudiandi uxores, ſcilicet propter duritiam cordis ipſorum.* Matth. 19. Sic pariter Matth. 1. 21. ubi cum Joſepho dixiſſet Angelus: *Vocabis nomen ejus Jeſum*; mox cauſam Ætiologicè addidit: *Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum.*

7. *Analogicus* Senſus eſt dum utriuſque Teſtamenti convenientiam, ac concordantiam exhibet Scriptura, ſeu ut Aug. ſupra: *Cum demonſtratur non ſibi adverſari duo Teſtamenta, Vetus ſcilicet, & Novum.* Doctor Angelicus ſup.: *Analogia eſt cum Veritas unius Scripturæ oſtenditur Veritati alterius non repugnare.* Exemplum eſt Matth. 2. 17. ubi cum Innocentium necem ab Herode factam narraſſet, ſtatim convenientiam cum dictis Veteris Teſtamenti demonſtrat Matthæus: *Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Jeremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama &c.*

8. Multi etiam ſatis congrue Senſum Litteralem dividunt (ſicut & Myſticus dividitur) *in Tropologicum, Allegoricum, Anagogicum:* quibus addi meretur *Hiſtoricus* jam ex Auguſtino deſcriptus n. 3. Sed illa diviſio non ſic obtinuit, quin ſimpliciter per hæc verba intelligantur Senſus Myſtici; unde ſi dicam, ſine addito: *Senſus Tropologicus*, ſive *Moralis*; non intelligitur niſi Myſticus Tropologicus, ſeu Moralis. Debet proinde in diviſione hac aliquorum procedendo, addi verbum *Litteralis*, ita *Tropologicus Litteralis*, qualiter etiam de Allegorico, & Anagogico dicendum.

9. Notavit hoc S. Thomas Quodl. 7. art. 15. ſolvens tertium argumentum quod erat: *Moralis Senſus eſt, qui ad morum inſtructionem pertinet, ſed Sacra Scriptura in pluribus locis ſecundum Litteralem Senſum mores inſtruit, ergo moralis Senſus non debet diſtingui a Litterali.*

Digitized by Google

quem verba ex intentione loquentis important nudè ut jacent, & abſque ullo tropo accepta; & in eum quem habent accepta Metaphoricè, ſeu tranſlatè & impropriè accepta; nec de hâc diviſione, alia præter ſuperius tractata reſtant dicenda.

2. Aliter Senſus Litteralis in genere, prout ſcilicet abſtrahit à proprio & Metaphorico (nam membra dividentia in utroque reperiri poſſunt) aliter, inquam, dividitur à multis conformiter ad S. Auguſtinum lib. de Utilit. cred. cap. 3. relatum ſupra c. 2. n. 9. *in hiſtoricum, Ætiologicum, & Analogicum.* De quâ Diviſione nota verba Sasbout ſupra cap. 2. num. 9.

3. Interim dicit etiam Sanctus Thomas p. 1. q. 1. art. 10. ad 2. *Illa tria, Hiſtoria, Ætiologia, Analogia ad unum ſenſum litteralem pertinent; nàm hiſtoria eſt, ut ipſe Auguſtinus exponit, cum ſimpliciter aliquid proponitur.* Sive hiſtoricus ſenſus (qui hic ſpecialiter ſumitur non generaliter, quo ſenſu omnis litteralis hiſtoricus dicitur, ut notavimus cap. 3. n. 23.) eſt, dum ſimpliciter quid factum dictumve, aut non factum vel non dictum ſit, enarratur.

4. Exempla ſint in his Gen. 1. *Creavit Deus Cælum & terram.* Joan. 1. *In principio erat Verbum.* Item; *Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis.* In negativis Eccli. 16. 8. *Non exoraverunt pro peccatis ſuis.* Ezech. 13. 5. *Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſraël.* 2. Reg. 13. 22. *Non eſt locutus Abſalom ad Amnon nec bonum nec malum.* Pſalm. 150. ꝟ. 34. *Non diſperdiderunt Gentes, quas dixit Dominus illis.* Utrumque ſimul Joan. 21. 23. *Non dixit ei Jeſus: non moritur, ſed: ſic eum volo manêre &c.*

5. Hoc ſenſu etiam utitur Scriptura, ut notat S. Auguſtinus ibidem: *De hiſtoria ſumptum eſt cum objectum eſſet quod die Sabbati Diſcipuli ejus ſpicas evulſiſſent: Non legiſtis, inquit, quod fecit David, & qui cùm eo erant, &c.* Ità etiam illud Gal. 4. 22. *Scriptum eſt quoniam Abrahàm duos filios habuit, unum de Ancilla & alterum de Libera.*

6. *Ætiolo-*

etiam is ſenſus, ſed ſecundariò tantum, qui intenditur non mediante aliâ, ſeu priori ſignificatione, quâ tantum ſuppoſitâ, & per quam prius intentam ac ſignificatam, ipſe ſignificaretur; etſi interim ſic ſignificetur immediatè, ut loquens tamen intenderit etiam, & quidem principaliter ſeu primariò, alium Senſum aſtruere, volens ſimul indicare illud, quod etiam verba ſecundum aliam ſignificationem immediatè important.

61. Unde differt hic ſecundarius Litteralis Senſus à Myſtico; nam Myſticus non intenditur niſi mediante, & prius ſuppoſito Senſu Litterali, ſeu non ſignificatur per verba immediatè, ſed potius per Senſum Litteralem verborum. Ulterius ſi primarius ſenſus ſemper eſſet Litteralis conſenſus, ordinariè Myſticus eſſet Litteralis; cùm utique Myſticus Senſus ſit magis pricipaliter intentus à Deo, quam Literalis facta comparatione ad eumdem locum, & ad Myſticum tamquam ad digniorem Literalis ordinatur, ut notavit Eſtius.

62. Patet hoc ex Apoſtolo 1. Cor. 9. 9. *Scriptum eſt in Lege Moyſi: non alligabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt.* Ubi docet Deum magis principaliter intendiſſe ſignificare per hæc Deuter. 25. 4. *Non alligabis os bovi trituranti*, Prædicatoribus deberi neceſſaria ad victum, qui utique ejus loci eſt Senſus Myſticus, quam ut ſinant bovem comedere, dum actu laborat triturando frumenta, qui eſt Senſus Litteralis.

CAPUT V.

Diviſiones Senſus Litteralis.

1. EX dictis Capite tertio ſatis patet ſenſum litteralem dividi in *proprium* & *improprium*, ſive in Grammaticalem & Metaphoricum, hoc eſt in eum

עקר *Akar*, tam *Eradicare*, quam *ſubnervare* ſignificat. רצן *Ratſon* eſt *voluntas*, *cupiditas* &c. Eſt autem in hebræo ברצנם עקרו שור

58. In verbo Dei non ſcripto notabilis eſt locus ex vitâ S. P. N. Franciſci, nam ut refert S. Bonavent. c. 2. Vitæ: *Franciſco oranti in Eccleſia S. Damiani, quæ minabatur præ nimiâ Vetuſtate ruinam, Chriſtus dixit: Franciſce vade, & repara domum meam, quæ labitur, ut cernis.* (Ita legit Waddingus, at Surius: *Quæ ut cernis tota deſtruitur*) quod intelligebatur & de materiali hâc Eccleſiâ, propriè accipiendo vocem *domum*; juxta quem Senſum teſte S. Bonavent. ibidem, *Franciſcus totum ſe recollegit ad perficiendum mandatum de materiali Eccleſiâ reparandâ; licet principalior intentio verbi ad eam ferretur, quam Chriſtus ſuo Sanguine acquiſivit, ſicut eum Spiritus S. edocuit, & ipſe poſtmodum Fratribus revelavit.* Adeoque etiam Litteraliter, ſed metaphoricè vox *Domus* ex mente Chriſti ſumebatur pro Eccleſia militante.

59. Non video cur non poſſet etiam per eadem verbâ Scripturæ Spiritus S. intendere plura immediatè, ſeu litteraliter ſignificare, ſic ut unum primariò, & præcipuè, ſeu principaliter intendat, aliud ſolum ſecundariò ſive minus principaliter. Ex. Gratiâ, ſatis Plauſibile eſt illa Pſalmi 131. 11. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*; item illa 1. Paral. 22. 10. *Ego ero ei in Patrem*; *litteraliter* primariò de Chriſto intelligi, ſecundariò autem de Salomone. Multi tamen volunt ea de Chriſto intelligi non litteraliter, ſed Myſticè, in quantum Salomon Chriſti Figura fuit. Idem patet ex Teſtimonio S. Bonavent. in voce Chriſti ad S. Franciſcum de quâ numero præcedenti: nam PRINCIPALIOR *intentio verbi ad eam ferebatur* DOMUM, *quam Chriſtus acquiſivit Sanguine ſuo.*

60. Nec reſolutioni datæ obſtat, quod ante dixerim, Senſum Litteralem debêre *immediatè* intendi, hic autem ſupponam, aliquando *ſecundariò* intendi; nam illa non pugnant; immediatè enim intenditur etiam

Digitized by Google

iſto loco inveniatur atque intelligenda ſit: taliter autem non eſſe procedendum etiam nos cum Auguſtino dicimus, nec ita procedimus; non enim proprium deſerimus; ſed huic metaphoricum ſuperaddimus.

55. Quamvis etiam juxta ſuperius dicta tunc Senſus Metaphoricus ſit, quando vox abſtrahitur à ſua propria, & grammaticali ſignificatone, hic autem non videatur ſic abſtrahi, cùm accipiatur ut jacet; tamen etiam hic verè ita abſtrahitur; non quidem quatenus ex intentione loquentis importat Senſum proprium, & grammaticalem; ſed in quantum præcisè intenditur alia ſignificatio metaphorica, quæ etiam ex mente loquentis iſti voci ſubeſt.

56. Itaque ſic duplicem Litteralem Senſum, unum proprium alterum metaphoricum videntur habere ſequentia Scripturæ loca; primò Prov. 11. 1. *Statera doloſa abominatio apud Deum*, quod à pluribus accipitur propriè ut ſonat de injuſta ſtatera: Alii verò ſatis communiter explicant litteraliter de iniquo judice, qui metaphoricè ibidem ſtatera doloſa vocetur. Alter locus eſt Luc. 6. 21. *Beati qui nunc eſuritis*, quibus verbis valde appoſitè intelligitur propriè ipſa corporalis eſuries, juxta illa, quæ ibi ſequuntur: *Beati qui nunc fletis. Beati eſtis cùm vos oderint homines.* &c. Inſuper valde congruè intelligitur eſuries metaphorica, ſeu ardens deſiderium virtutis, & juſtitiæ, juxta illud Matth. 5. 6. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam.*

57. Alius inſignis locus eſt Gen. 49. 6. ubi de Simeon & Levi quoad ſtragem Sichimorum habet Vulgata: *In voluntate ſuâ ſuffoderunt murum*, urbis nimirum Sichem, quem vindictæ cupiditate deſtruxerunt, hic eſt Senſus Litteralis proprius; at LXXII. Interpretes habent: ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον. *In Concupiſcentia ſua ſubnervaverunt taurum.* Ubi metaphoricè ſumitur *ſubnervare*, item *Taurus* pro occiſione *Sichem* ſtupratoris Dinæ; hebræa autem utrumque Senſum important, *nam ſi legas* שׁוֹר *Schor*, *eſt*, *Taurus*; *ſi* שׁוּר *Schur*, *murus*. Ex.

51. Quod illa Senſuum Litteralium multiplicitas locum habere queat, ita ut eadem verba ſemel propriè, & inſuper etiam in Senſu Metaphorico ſumantur, quidam negant; ſed mihi omnino affirmandum videtur, quod etiam in illo caſu locum habere poſſit, dum uterque Senſus verus eſt. Ratio eſt, quod fieri poſſit ut aliqua proferantur verba, quæ & in Senſu proprio accepta, & etiam ſumpta in Senſu Metaphorico non ſolùm vera ſint, ſed inſuper ad rem ſpectatis omnibus circumſtantiis temporis, loci, loquentis, audientis &c.

52. Sic in communi loquela fit, ſi v. g. homini callido & ingenioſo, ſimulque magni longique naſi dicam: *Naſutus es*, intendens per hæc verba utrumque indicare; tunc illa verba & ſumuntur propriè ex intentione mea, qualiter ſignificant hominem illum magnum habere naſum, quod verum eſt; & etiam per intentionem meam ſumuntur Metaphoricè, eorumque ita acceptorum Senſus eſt, ipſum ingenioſum eſſe & callidum, quod pariter verum eſſe ſupponitur.

53. Cùm igitur Deus ab æterno comprehendat quidquid ſingulis in tempore inſpirat, & verba ejus ſæpè ſæpius Senſum & Proprium & Metaphoricum admittant, atque à Sanctis Patribus in utroque explicentur, veroſimilius eſt utrumque à Spiritu S. fuiſſe intentum. Spectat hoc etiam ad majeſtatem, providentiam, ſapientiam loquentis Dei, ſimulque ad S. Scripturæ energiam; adde ex S. Auguſt. ſuprà n. 18. quod unuſquiſque loquens (ſi adverteret) vellet rationabiliſſimè hoc ſua verba ſignificare, adeoque Deus omnium conſcius, hoc voluiſſe cenſendus eſt.

54. Nec obſtit quod S. Auguſt. lib. 3. de Doctr. Chriſt. cap. 10. moneat: *Ne propriam locutionem quaſi figuratam velimus accipere*; nam ſolùm vult, quod non liceat recurrere ad Senſum Metaphoricum negando aut relinquendo proprium, dum ex illo proprio, ut jacet accepto, nullum ſequitur inconveniens, & ſic velimus accipere quaſi ſola metaphorica locutio in

Digitized by Google

ſpondet Eſtius (& nos Eſtio ad objectum ab Eſtio Hieronymum) hoc modo: *Reſponſio eſt, vocabulo præter* (item *aliter*) *non ſignificari ab Apoſtolo* (& Hieronymo) *quod quocumque modo diverſum eſt, ſed ita diverſum, ut ſit etiam adverſum, & contrarium, quaſi dicat: Quod ſi vel ego ipſe, vel Angelus Dei vobis annunciet, ac pro Evangelio* (aut Senſu Scripturæ) *proferat aliquid contrarium iis, quæ ego vobis Evangelizavi* (aut Apoſtolus, vel Eccleſia explicavit) *ſit Anathema.*

48. Sumendum igitur (ut dixi) iſtud *Aliter* pro *Contra*, prout etiam omnes Theologi explicant in formula profeſſionis fidei à Pio IV præſcripta, hæc verba: *Nec eam* (Scripturam) *niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor*. Hoc eſt, *non contra* unanimem Patrum conſenſum; nam ut ſcitè Ludov. Bail in Appar. ad Concilia p. 1. §. 18. *Licet novam aliquam interpretationem Sanctis Patribus incognitam afferre, cùm manus Domini non ſit alligata, nec adhuc exhauſtus Scripturæ Sacræ Theſaurus; ſed cavendum, ne interpretatio illa contradicat Patrum ſententiis; ita ut etſi ſit* PRÆTER *mentem Patrum, non ſit* CONTRA *illam, nec aliud intendit Concilium Tridentinum Seſſ.* 4.

49. Ubi nimirum *decernit, ut nemo ſuæ prudentiæ innixus S. Scripturam interpretari audeat* CONTRA *eum Senſum, quem tenuit & tenet S. M. Eccleſia*, ſeu (ut adfert Palavicinus lib. 6. Hiſt. Trid, cap. 15.) *Ne* ALITER *quàm Eccleſia Patreſque ſentirent. Sed prudenter* (proſequitur) *Clodienſis admonuit, id non de quacumque diverſitate intelligendum, ſed de ea, quæ illis repugnaret, cum alioqui liceat à quovis Scripturæ loco novam ſententiam elicere, ubi locus ille nec ab Eccleſiæ authoritate, nec à Patrum concordi conſenſione, certam jam, ſeu adæquatam interpretationem obtinuit.*

50. Alia Eſtii objectio; nempe quod ex multiplici Senſu Litterali ejuſdem loci, ſequeretur in Scriptura eſſe æquivocationem, præoccupata eſt, & ſoluta ſuprà n. 22.

Digitized by Google

44. Inſtat inſuper Eſtius in Additione ad Orat. 19. hoc modo: *Hieronymus ſuper Oſee* 13. *Quod Apoſtolus in reſurrectionem interpretatus eſt Domini, nos aliter interpretari nec poſſumus, nec audemus:* Quaſi S. Hieronimus his verbis docuiſſet unum tantummodò poſſe in unoquoque Scripturæ loco eſſe Litteralem Senſum. Sed reſpondeo hoc procul eſſe ab Hieronymi mente, quippe qui ad Paulinum ſcribit de Apocalypſi: *In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ.* Imo verba objecta (ſi ita rigorosè acciperentur) indicarent unicum ſolummodò eſſe in unoquoque loco Senſum, ita ut nequidem duplex, unus Litteralis, alter Myſticus eſſet admittendus, quod nec ipſe Eſtius admittit.

45. Hoc inconveniens ſequi patet exempli gratiâ, ex iſto Joan. 19. 36. *Facta ſunt hæc ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo;* nam cum Evangeliſta explicet locum Exodi 12. 46. de Oſſibus Chriſti Crucifixi non confringendis; ſi ita generaliter verba Hieronymi accipiamus, *nos aliter interpretari nec poterimus, nec audebimus,* atque adeò nec Litteraliter explicare locum Exodi de Agno Paſchali, de quo tamen Litteraliter eſſe intelligendum, nec ipſe Eſtius negaret.

46. Illud ergo *aliter* in objecto Hieronymi loco, intelligendum eſt de *alia* explicatione, priori *repugnante quoad veritatem*, ut loquuntur Dialectici, non de *alia diſparata*, ſeu quæ ſimul cum priori poteſt eſſe vera. Prout ipſe Eſtius cum Catholicis omnibus rectè interpretatur locum Apoſtoli Gal. 1. ℣. 8. & 9. *Licet nos aut Angelus de Cœlo Evangelizet vobis præterquam Evangelizavimus vobis Anathema ſit. Si quis vobis Evangelizaverit præter id quod accepiſtis, Anathema ſit.* Ex quo loco Calviniſtæ & Lutherani oppugnant *Traditiones* ſimili prorſus argumento, quo Eſtius ex verbis Hieronymi oppugnat Senſus multiplices Litterales ejuſdem loci.

47. Etenim ad objectum ab Hæreticis Paulum reſ-

pondet

tim. Apoc. 21. Quid igitur obſtat unum eumdemque Myſticum Senſum in duplici Litterali fundari?

40. Deinde Litteralis Senſus fundamentum quidem eſt *Senſûs Spiritualis*; quia hic *ſuper Litteralem fundatur, & eum ſupponit*, ut ait S. Thomas 1. p. q. 1. art 10. Sed inde minimè ſequitur, non poſſe plures eſſe Senſus Litterales, quorum unus ſit fundamentum alicujus Senſus Myſtici; ſic tamen ut ille Myſticus Senſus in altero ejuſdem loci Senſu Litterali non fundetur: quo caſu ejuſdem rei non erunt duo fundamenta.

41. Nihil etiam impedit, quo minus ejuſdem loci ſint plures Senſus Litterales, quorum ſinguli ſint fundamenta ſingulorum reſpectivè Senſuum Myſticorum; hic illius, alterius iſte. Vel etiam ita, ut nullus, vel unus tantummodò iſtorum Senſuum Litteralium ſit fundamentum alicujus Senſus Myſtici; non enim omnis Scripturæ locus habet Myſticum ſenſum, ut infra dicemus. *Non ubique requirenda eſt Allegoria, nec omnia ſunt Myſticè exponenda*, ait S. Bonav. Prœem. Brevil.

42. Non ſubſiſtit etiam alia hæc Eſtii ratio: *Omnes Senſus ejuſdem Scripturæ coordinati eſſe debent.* Nulla etenim apparet neceſſaria coordinatio, modò ſint omnes veri, & ſinguli *ſalvâ litteræ circumſtantiâ poſſint Scripturæ aptari*: tunc enim *ſunt ejus Senſus*, etſi inter ſe ſint diſparatiſſimi, ut docet S. Thomas de Potent. q. 4. a 1. Ut proinde litterales Senſus ſint, ſufficit quòd verbis illis S. Scripturæ vel Grammaticaliter, vel ſaltem Metaphoricè contineantur, & per iſta verba Deus illos intenderit ſignificare, quod utique fuit poſſibile.

43. Præterea poſſunt plures Senſus Litterales ejuſdem loci eſſe coordinati, v. g. ſi unus primariò, alter tantùm ſecundariò intendatur à Deo, & non aut vix intenderetur niſi propter primum, quamvis uterque per eandem litteram ſignificetur immediatè; atque ita multi locum illum 2. Reg. 7. *Ego ero illi in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium*, Litteraliter intelligunt & de Chriſto principaliter ſeu primariò, & de Salomone ſecundariò.

Digitized by Google

dem loci. Primò ut etiam intelligatur de generatione ejus activâ, ſed metaphorica, ſeu productione magnæ ſobolis fidelium, juxta id quod ibidem dicitur in Iſaia 10. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum.* Sicut in ſimili dicit Apoſtolus: *In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui.* 1. Cor. 4. 15. Gal. 4. 19. *Filioli mei quos iterum parturio.* Et de Deo Jacobus 1. ℣. 18. *Voluntariè nos genuit verbo veritatis.*

37. Secundò, ut intelligatur Generatio Chriſti, pro ejus in terris peregrinatione, converſatione & actionibus, quæ videntur aliquando in Scriptura *generatio* vocari. Ut Gen. 6. ℣. 9. *Noë vir juſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit.*

38. Tertiò ut etiam intelligantur homines iſto ſæculo, ſeu Chriſti tempore viventes, quo Senſu Hebræum *Dor*, quod ibi habetur, & latinum *Generatio* ſæpè in Scriptura ſumuntur. V. g. Gen. 7. 1 *Te vidi juſtum in generatione hâc* (Hebr. דור *Dor.*) Deuter. 32. 5. *Generatio* דור *prava atque perverſa.* Eccle. 1. 4. *Generatio præterit, & generatio advenit.* 1. Machab. cap. 2. 51. *Mementote operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis.* &c. In Evangelio ſæpiſſimè; nota hæc Luc. 11. 29. *Generatio hæc Generatio nequam.* Tunc Senſus etiam eſſet, ut admirans Iſaias malignitatem populi futuri ſæculo Chriſti, quod ejus ſanguine ſacrilegas manus inquinabit, exclamet: *Generationem ejus*, hoc eſt, ſæculum iſtud peſſimum, ſeu potius homines ſæculi iſtius, ſeu qui iſto ſeculo generabuntur, *Quis enarrabit?* Quis enarrare ſufficiet illorum impietatem, obſtinationem &c.

39. Contra multiplices Senſus Litterales ejuſdem loci, ita argumentatur Eſtius Orat. Theol. 19. *Senſus Litteralis eſt ut fundamentum; igitur unum in unaquaque Scriptura eſſe oportet, & non plures.* Sed nihil inconvenientiæ in eo eſſe, quòd una eademque res duobus partialibus innitatur fundamentis, probat *Cœleſtis civitatis Jeruſalem murus, habens fundamenta duodecim*

Digitized by Google

verſos Senſus Litterales enumerat S. Auguſt. lib. 12. Confeſſ. à cap. 20. indubitanter aſſerens omnes illos à Spiritu S. eſſe intentos. Vide ſuprà n. 10.

32. Certè primum Scripturæ verbum בראשית *Bereſchith* (ſeu potius *Breſchith*) hoc eſt: *In Principio*, ſic optimè intelligitur primò: *In initio temporis*. Secundò: *Primò omnium*, ſeu antequam quidquam aliud feceret Deus. Tertiò cum SS. Patribus *Ambroſ.* lib. 1. Hexæm. cap. 4. *Auguſt.* ſuprà. *Hieron.* in qq. Gen. &c. ſic: *In ſilio*, ſeu *per ſilium*, qui de ſeipſo dicit Joan. 8. 25. *Ego Principium, qui & loquor vobis.* Et Apoc. 1. 8. *Ego principium & finis. Per quem omnia facta ſunt.* Omnes autem hi Senſus Litterales ſunt, cùm nullus ſignificetur mediante ſignificatione alterius, ſed omnes immediatè.

33. Alius locus eſt Iſaiæ 53. 8. *Generationem* (דורו *Doro*) *ejus quis enarrabit?* Hunc enim tam de æterna ex Patre Deo generatione, quam de temporali ex Matre Virgine intelligendum eſſe docet expreſsè S. *Leo* Serm. 9. de Nativ. *In Christo Jeſu Filio Dei non ſolum ad divinam eſſentiam, ſed etiam ad humanam ſpectat naturam, quod dictum eſt: Generationem ejus quis enarrabit?*

34. Eundem locum de humana Chriſti generatione (de qua ſcribit Matth. cap. 1. 18. *Chriſti generatio ſic erat*) interpretantur S. *Juſtinus* lib. qq. à Gentibus propoſit. q. 67. *Tertullian.* lib. adverſ. Judæos cap. 13. S. *Chryſoſtom.* tom. 8. Hom. de Laud. S. Joan. Bapt.

35. At de æterna ex Patre (juxtà illud Pſalm. 109. 3. *Ex utero ante Luciferum genui te.*) intelligunt *Clement* Papa Epiſt. 1. *Euſeb.* De præpar. Evang. lib. 1. cap. 8. *Cyrill.* lib. 2. de Trin. *Baſil.* lib. 1. contra Eunom. *Juſtin.* in Dialog. cum Tryph. *Chryſoſt.* Hom. 2. in Matth. & hom. 1. de Incompreh. naturâ Dei, in tom. 5. S. *Auguſt.* lib. 1. de Symb. cap. 3. & lib. 2. cap. 5.

36. Addi poſſunt tres alii Senſus Litterales ejuſ-

29. Notandum ad hanc ſenſuum multiplicitatem non ſufficere, quod verba textus tranſlati in aliquo Scripturæ loco ſint multivoca, ſeu patiantur duplicem ſenſum litteralem; ſed requiritur ut eadem multiplicatio ſit etiam in textu originali: nam textus tranſlatus, ſeu ipſa tranſlatio, in quantum talis, non eſt à Deo inſpirata, ſed tantum originalis textus, adeoque ſi textus originalis non contineat illum duplicem ſenſum, ſed ſolummodo unicum, etiam illum non continebit, textus tranſlatus, ſed tantum unicum correſpondentem textui originali; unde tunc ſolùm in tranſlato textu erit ambiguitas ſenſus, quæ per inſpectionem textus originalis tollenda erit.

30. Iſtius rei plura exempla ſunt in Canonibus Regulâ IV. ultra illa addo aliud. Dicitur Gen. 2. 15.: *Poſuit Deus hominem in Paradiſo, ut operaretur & cuſtodiret illum.* Videri poſſet hic duplex eſſe Senſus Litteralis, unus *Ut homo Paradiſum operaretur, & cuſtodiret:* alter *Ut Deus hominem in Paradiſo operaretur, ſeu excoleret ad virtutem, & cuſtodiret in gratia* &c. Hunc Senſum præfert priori S. Aug. lib. 8. de Gen. ad Litt. cap. 10.

Sed iſtum non eſſe genuinum patet ex Hebræo Textu, in quo non eſt illa æqui-ſeu multivocatio; ſed tantum unus ſenſus exprimitur, nimirum primus, nam ibi eſt לעבדה ולשמרה *Lêobdah ulſchomrah. Ad laborandam* (ſeu excolendam) *eam, & cuſtodiendam eam*, ſcilicét Regionem Paradiſi; in Hæbræo enim גן *Gan, Hortus* eſt fœminini generis, *homo* verò ſeu *Adam* אדם maſculini, ad quam vocem conſequenter non poteſt fœmininum *eam* bis poſitum referri, ſed ſolùm ad *hortum*, qui Hæbraicè eſt fœminini generis.

31. Nunc alia duo loca ſubjungamus in quibus eſt multiplex Senſus Litteralis, ut ſint, & ſerviant pro exemplis, nam millena occurrunt in Scriptura. Itaque primus ſit ipſe primus verſus S. Scripturæ: *In principio creavit Deus Cælum & terram.* Hujus quinque di-

verſos

Digitized by Google

Vulgata ibidem habet: *Adoravit Iſraël Deum converſus ad lectuli caput.* At verò Interpretes LXX. & ex eis Paulus Hebr. 11. 21. *Et adoravit ſuper ſummitatem virgæ ejus.* Hunc Senſum in Geneſi haberi authoritas Pauli, imo Dei per Paulum ſcribens confirmat, lectionem verò Vulgatæ approbat Eccleſia Vulgatam Authenticam, & Canonicam in omnibus declarans; propugnat autem expreſsè S. Hieronymus, in quæſtionibus in Geneſim ad hunc locum; eundemque Senſum exprimit Hebræus Textus ſi moderna puncta attendamus: וישתחו ישראל על ראש המטה *Vajiſchtachu Iſraël al roſch hammitta.*

מִטָּה מַטֶּה

Mitta ſignificat *Lectum*; ſed ſi legas eaſdem litteras aliis punctis: *Matte*, ſignificant *Virgam*, & *Sceptrum*: Hebræum autem verbum מטה ſcriptum ſine punctis indifferens eſt ad utramque pronuntiationem, atque adeò ad duplicem illam ſignificationem; at à Moyſe ſcripta eſt Geneſis ſine punctis; deinde vox ראש *Roſch* tam *Caput*, quam *ſummitatem*, ſeu *faſtigium* ſignificat: Adeoque uterque hic ſenſus quorum alterum expreſſit Hieronymus cum Vulgata, alterum Paulus cum LXX. verè latet ſub una eademque littera hebraïci textus, & omnino videtur à Deo intentus.

28. Innumera talia loca ſunt in Scriptura ubi græcus textus, ſive LXX. Interpretes totaliter in Senſu differunt à Vulgata, ſeu Latino, ſi tamen introſpiciamus textum hebraicum ex quo utraque tranſlatio facta eſt, reperiemus utramque lectionem ſeu verſionem eſſe legitimam, utramque contineri ſub iiſdem verbis hebraïcis, ex eo quòd hæc ſint multivoca, & utrumque Senſum includant, quorum unum in ſua tranſlatione expreſſerunt LXX. Vulgata alterum: utraque proinde verſio bona eſt, ſed tantùm ſemiplena, in quantum ſcilicet neutra tranſtulit talibus verbis, quæ omnem Senſum, in originali textu latentem, importarent, ſed tantum unum ex illis, adeoque utraque tranſlatio eſt quidem vera, ſed inadæquata.

29. No-

nimirum quod Patres & Interpretes dum inter ſe ejuſdem loci S. Scripturæ diverſas explicationes habent (quod obvium eſt, imo frequentiſſimum) ſæpè nec unus, nec alter erret, ſed omnes quandoque verum Scripturæ Senſum afferant, licet diſparatum ab alterius interpretatione, idque ex eo quod utrumque, ſeu omnes hos Senſus intenderit Spiritus S., quorum alterum hic v. gr. Auguſtinus aſſecutus eſt; ille v. gr. Hieronymus alterum, tertium Ambroſius &c.

24. Hujus rei diverſa exempla dedimus *in Centum Canonibus*, ſeu Regulis, Regulâ VIII. ut ex 2. Cor. 7. 1. *Mundemus nos ab omni inquinamento Carnis & Spiritus perficientes ſantificationem in timore Domini.* Item illud ex 2. Cor. 4. 4. *In quibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium.* Item Joan. 1. 3. *ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt.* Quæ omnia duplicem Senſum Litteralem habêre videntur, & variè à variis intelliguntur. Item Regula XV. Videantur ibi dicta.

25. Addere poſſumus illud Joan, 1. 9. Græci textus ἦν. τὸ. φῶς τὸ ἀληθινὸν ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Quod vulgata quidem transfert: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Sed æquè benè verti poſſet: *Veniens*, prout multi legunt: Græcum autem utrumque importare poteſt, imo importat, ut puto, & æquivalenter ſic habet: *Erat lumen verum, quod illuminat omne humanum genus veniens in hunc mundum.* Ubi *veniens* poteſt ad *lumen* referri, & ad *humanum genus.*

26. Inſuper ex hac Senſuum Litteralium multiplicitate in eodem loco, defendi poſſunt tamquam legitimi, diverſarum linguarum textus, etſi in tranſlatione certi alicujus loci inter ſe diſparatiſſimi ſint, ex eo ſcilicet quod verba originalis textûs duplicem Senſum à Spiritui Sancto intentum habeant, quorum unum aſſecutus eſt unus Tranſlator, iſtum alius. Exempla habentur in *Canonibus* Regulâ VI. & XVI.

27. Exemplum valde notabile occurrit Gen 47. 31.

Vulgata

hæc verba ex intentione meâ, & inſtitutione ſuâ duplicem Senſum litteralem habebunt, v. g. hunc: *Imperat Petrus quidquid ei libet*; & etiam: *Manducet Petrus quidquid ei placuerit.*

Si ergo ego ſic loqui poſſum ut verba mea duplicem Senſum Litteralem habeant, multò magis id poterit Deus, qui omnia cognoſcit, & univerſa comprehendit; potuit, inquam, ut Scriptura ſua dignior, profundior, excellentior, & fœcundior eſſet, uti vocibus diverſa immediatè ſignificantibus; nam cùm hæc Senſuum multiplicitas nullum inconveniens habeat, non eſt cur S. Scripturæ denegetur.

22. Porro (ut reflectit Herinx) latum adhuc diſcrimen erit inter dicta hujuſmodi Dei, & ambigua dæmonum oracula; hæc enim dabantur ex intentione decipiendi per unum Senſum falſum, artificiosè occultato altero Senſu vero; at Deus non intendit decipere ingerendo aliquem Senſum falſum, ſed inſtruere per diverſos Senſus veros, quos cupit ſciri ac ſtudiosè indagari. Unde nullum ex hac Senſuum multiplicatione in Scriptura ſequitur mendacium, nulla deceptiva æquivocatio; ſed potius fœcundiſſima veritas, ut etiam notavit S. Thomas 1. p. q. 1. art. 10. ad 1. *Multiplicitas horum Senſuum non facit æquivocationem.* (Per quod ſolutum eſt palmarium Eſtii argumentum, nempe non eſſe æquivocationem in Scriptura item quod allegat ex S. Thoma 3. q. 60. art. 3. ad 1.) Procul enim abeſt ut verus Senſus per intentionem loquentis excludatur; quin potius uterque, vel omnis Senſus etiam quandoque diſparatiſſimus, intenditur, & exprimitur, in quo nihil niſi mira verbi Dei energia, & abundantiſſima eloquentia relucet: ſeu *Laconica* veritas à Doctis ſemper laudata: etenim *Laconizare* eſt paucis verbis plurima ſignificare, exprimere, indicare, & ſequi monitum Spiritus Sancti (prout in græco textu habetur Eccli 32.11.) ἐν ὀλίγοις πολλά. *Paucis multa.*

23. Ex quibus ulterius magnum oritur commodum, nimirum

nus: Sed dum in hoc Auguſtinum, & Angelicum corrigit, profectò nimius fuiſſe mihi ipſe *Valquezius* videtur.

19. Ex iſtis SS. Aug. & Thomæ verbis notandum, prædictam ſenſuum multiplicitatem, ad numerum binarium aut ternarium arctandam non eſſe; ſed ſatis prudenter credere poſſumus, omnes illos ſenſus in unoquoque loco contineri, & à Spiritu Sancto eſſe intentos: omnes dico, *qui ſalvâ circumſtantiâ litteræ*, & contextûs ſerie poſſunt verbis ſacris commodè aptari, dummodo in ſe veritatem cotineant.

20. Probatur denique ratione ab Auguſt. & Angelico Doctore inſinuatâ: Deus ſic facere potuit aſſumendo & dictando verba, quæ diverſa vera ex mente Dei ſignificent; nam eadem verbalis ſententia poteſt aſſumi ad diverſa ac diſparata ſignificanda, quia v. g. eſt æquivoca, ſeu potius multivoca, & loquens intendit per eadem verba omnes illos Senſus indicare; quia verò non intendit unum Senſum illorum indicare mediante altero, ſed utrumque immediatè per illa verba, ſic uterque, imo omnis ita intentus, erit verè litteralis.

Pertinetque ad dignitatem Dei loquentis ut paucis verbis plures exprimat ſententias; conducit etiam ad utilitatem, doctrinam, & conſolationem noſtram, acuitque Studium & ingenium, ut ſolicitè veritates, & Senſus multiplices in verbo Dei, tamquam in numquam exhauriendo puteo latentes, inquiramus atque hauriamus. Inſuper ex hoc infinita & admirabilis ſapientia & providentia Dei manifeſtatur. Potuit igitur hoc Deus, & ipſum decuit, ergo & fecit.

21. Quidni Deus hoc poſſit; cum etiam poſſint homines? V. g. dum dico: *Mandat Petrus quod vult*. Vox *mandat* eſt indifferens, ut ſit Imperativus à verbo *mandere*, ſive comedere, atque etiam ut ſit præſens tertiæ Perſonæ à verbo *mandare*, ſeu imperare; poſſum autem ego hæc verba proferens utroque modo ſimul capere, & utrumque velle ſignificare; tunc autem

hæc

Digitized by Google

qua ſalvâ littera circumſtantiâ, poteſt Divina Scriptura aptari, eſt ejus Senſus.

18. Præceſſerat Angelicum S. Auguſt. Variis locis, ſignanter lib. 3. de Doctrina Chriſt. cap. 27. ubi & hanc rationem dat: *Ille quippe Auctor* (Hagiographus) *in iiſdem verbis quæ intelligere volumus, & ipſam ſententiam forſitan vidit, & certè Dei Spiritus, qui per eum hæc operatus eſt, etiam ipſam occurſuram lectori, vel auditori ſine dubitatione prævidit, imo ut occurreret, quia & ipſa eſt veritate ſubnixa, providit: Nam quid in Divinis Eloquiis largius, & uberius potuit Divinitus provideri, quàm ut eadem verba pluribus intelligantur modis?*

Item lib. 12. Conf. capp. 18. 19. 20. 24. & 31. ubi hæc habet: *Cùm alius dixerit: hoc ſenſit* (Moyſes ſcribendo verba Gen. 1. 1.) *quod ego, & alius: imo illud quod ego; religioſius me arbitror dicere, cur non utrumque potius, ſi utrumque verum eſt? Et ſi quid tertium, & ſi quid quartum, & ſi quid omnino aliud verum quiſpiam in his verbis videat, cur non omnia illa vidiſſe credatur, per quem unus Deus Sacras Sitteras vera & diverſa viſuris, multorum ſenſibus temperavit? Ego certè quod intrepidus de corde meo pronuntio, ſi ad culmen authoritatis aliquid ſcriberem, ſic mallem ſcribere ut quod veri quiſque de his rebus capere poſſet, mea verba reſonarent, quàm ut unam veram ſententiam ad hoc apertius ponerem, ut excluderem ceteras, quarum falſitas me non poteſt offendere.*

Nolo itaque Deus meus tam præceps eſſe, ut hoc illum virum de te meruiſſe non credam. Senſit ille omnino in his verbis, atque cogitavit cùm ea ſcriberet, quidquid hic veri potuimus invenire, & quidquid nos non potuimus, aut nondum poſſumus & tamen in eis inveniri poteſt. Egerat autem S. Aug. in ſpecie de loco Gen. 1. 1. *In principio creavit Deus cœlum & terram.* Cujus in præcedentibus quintuplicem diverſum ac diſparatum Senſum Litteralem allegaverat. Dicit quidem Vaſquez in 1. Diſput. 17. num. 9. *In hac re nimiùs videtur fuiſſe Auguſtinus:*

Digitized by Google

Senſum, eumque Litteralem. Sed ut prudenter reflectit Vaſquez p. 1. Diſp. 17. n. 1. Aliud longè diverſum docere voluit Adamus, nempe cùm Scriptura loquitur de rebus divinis, non contineri ſub ea littera duplicem Senſum, de quo antea locutus fuerat, nimirum Litteralem & Myſticum, ſed ex his unum genere, eumque Litteralem. An verò ſub eadem littera Senſus Litteralis, qui à Myſtico diſtinguitur, aliquando multiplex ſit, ipſe non curat. Ita Vaſquez.

16. Contra Medinam autem & Eſtium dico cum Auctoribus communiter, eundem S. Scripturæ locum poſſe habere, imo ſæpius habere plures, imo plurimos Litterales Senſus. Probatur primò ex ipſo facto; nam ut ſtatim oſtendemus multa loca Scripturæ ſunt in quibus multiplex Senſus Litteralis eſt.

17. Probatur ſecundò Authoritate, in primis S. Thomæ 1. p. q. 1. art. 10. in Corp. *Quia Auctor S. Scripturæ Deus eſt, qui omnia ſimul ſuo intellectu comprehendit, non eſt inconveniens, ut dicit Auguſt. 12. Confeſſ. Si etiam ſecundùm Litteralem ſenſum, in una littera S. Scripturæ plures ſint Senſus.*

Item quæſt. 4. de Potent. art. 1. in Corp. *Vitandum ne aliquis ita Scripturam ad unum Senſum cogere velit; quod alios Senſus, qui in ſe veritatem continent, & poſſunt ſalvâ circumſtantiâ litteræ Scripturæ aptari, penitus excludantur; hoc enim ad dignitatem Divinæ Scripturæ pertinet, ut ſub una littera multos ſenſus contineat, ut ſic & in diverſis intellectibus hominum conveniat, & unuſquiſque miretur, ſe in Divina Scriptura poſſe invenire veritatem, quam mente conceperit... Unde non eſt incredibile Moyſi, & aliis Scripturæ Auctoribus hoc Divinitus eſſe conceſſum ut diverſa vera, quæ homines poſſent intelligere ipſi cognoſcerent, & ea ſub una ſerie litteræ deſignarent, ut ſic quilibet eorum ſit Senſus Auctoris: Unde ſi etiam aliqua vera ab Expoſitoribus S. Scripturæ litteræ aptentur, quæ Auctor non intelligit, non eſt dubium quin Spiritus S. intellexerit, qui eſt principalis Auctor Divinæ Scripturæ. Unde omnis veritas,*

quæ

Digitized by Google

cap. 5. Neque hoc Patres negant; ſed metaphoricum Senſum metaphoricè Spiritualem vocant, item Myſticum & allegoricum, non prout Spiritualis opponitur Litterali, ſed prout opponitur grammaticali, ſeu ei, qui eſt rigoroſè ſecundum cortioem verborum ſine ullo tropo ſeu metaphorâ, id quod manifeſtum eſt ex eorum verbis relatis cap. 3. n. 20. & ex S. Aug. relato n. 22. quapropter etiam monuit noſter Adamus Sasbout Prologo in Iſaiam : *Hoc notandum quod ſcriptores Eccleſiaſtici Senſum Litteralem ſub tropis & metaphoris propoſitum nonnumquam Allegoricum vocant.*

13. Altera quæſtio eſt an unus idemque Scripturæ locus poſſit habêre plures Senſus. Certum eſt quod non poſſit habêre plures Senſus contrarios, ſeu quoad veritatem repugnantes; idque ideò quia ex ſuppoſito tunc alter deberet eſſe falſus, adeoque cum ſupponeretur, quod etiam hunc Senſum falſum Deus ſignificare ſeu enuntiare voluiſſet, Deus diceret falſum, imo mentiretur, quod impoſſibile eſt.

14. Sed plures ac multiplices Senſus ſibi invicem non contrarios, ſeu quorum unius veritas ſuppoſita, infert falſitatem alterius; ſed diſparatos, & inter ſe non repugnantes poteſt hábere, atque hábet ſæpè unus idemque Scripturæ locus. Ita Patres unanimiter docent. Sufficiant hæc Hieron. Epiſt. 103. ad Paulinum de Apocalypſi : *In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ.* Et iſta Bernardi ſerm. 51. in Cantica. *Unus quilibet Divinus ſermo non erit abs re ſi diverſos pariat intellectus.* Evidens hoc eſt de Senſibus uno Litterali & altero Myſtico, prout inferius clarè patebit. Poſſumus hic applicare illud Pſalmi 61. 12. *Semel locutus eſt Deus, duo hæc audivi.*

15. Quod idem Scripturæ locus habeat plures Senſus Litterales negat *Michael Medina* lib. 6. de recta in Deum fide cap. 25. *Guil. Eſtius* Orat. Theol. 19. Paucique Alii, inter quos refertur noſter *Adamus Sasbout*, eo quod Præfat. in Iſaiam dicat: *Cùm ſermo eſt de rebus divinis, ſeu cæleſtibus unum tantum eſſe Scripturæ*

 Senſum,

terali, foret ſine omni Senſu. Ideo etiam monet S. Bonav. in Prœmio Breviloq. circa finem : *Qui Litteram S. Scripturæ ſpernit, ad ſpirituales ejus intelligentias nunquam aſſurget* : nam ibi quoque eſt verum illud Hironymi in Eccle. 1. propriè finem : *Non poſſumus ſcire Senſum, niſi eum per verba diſcamus*. Vide intra cap. 13. n. 7. verba Hugonis de S. Victore, qui etiam ait lib. de Script. cap. 5. *Noli de intelligentia Scripturarum gloriari quamdiu litteram ignoras*.

9. Eſt quidem verum varios docere multa eſſe loca Sacræ Scripturæ, quæ carent Senſu Litterali, quod videtur docuiſſe Lyranus ſupra cap. 3. n. 4. Idem viderentur docêre multi SS. Patres, quorum aliqui relati ibid. n. 20. Addo his Ambroſ. lib. 5. in Luc. cap. de Miſſione diſcipulorum Joan. *Si intellectus ſimplicis forma compugnat, Spiritualem quæramus figuram*. Et Origenem Hom. 2. in Gen. circa finem. *Non ſemper in Scripturis Divinis hiſtorialis conſequentia ſtare poteſt, ſed nonnumquam deficit, ut verbi cauſa cum dicitur : ſpina naſcentur in manu ebrioſi*.

10. Sed ad Lyranum diximus illum non rectè Senſum Litteralem definire, aut ſaltem non congruè ſenſum metaphoricum ſub rigoroſo Myſtico collocare; vel potius benignè explicandum eſſe cum Patribus aliiſque authoribus ; & revera Lyranus ſolummodo vult multa eſſe Scripturæ loca, quæ non alium Senſum immediatum habent, quam metaphoricum.

11. Pariformiter Patres dum dicere videntur Scripturam alicubi non niſi Myſticè intelligendam ; ſolum volunt eſſe plurima Scripturæ loca ſine Senſu Litterali proprio, hoc eſt multa eſſe, quæ non ſignificant ex intentione Spiritus S. id quod nudè verba illa grammaticaliter, & ſecundum corticem verborum important, quod veriſſimum eſt, & nos ſuperius ſæpius diximus

12. Habent equidem talia loca verum Senſum Litteralem, ſcilicet metaphoricum, *nam in eo etiam quod figurativè dictum accipitur, littera ſuam ſignificationem habêre non negatur*. Hugo de S. victore lib. de Script. cap. 5.

tem transgreſſoribus intentans, atque ita occidens; *Spiritus vivificans* Lex Evangelica vitam æternam continuò promittens, hominemque Spiritualiter vivificans; juxta illud Chriſti Joan. 6. 64. *Verba, quæ ego locutus ſum vobis Spiritus & vita ſunt.* Aliunde verò evidens eſt, quod Senſus Litteralis ſæpius ſummoperè ædificet, atque vivificet, ut v. g. ſenſus verborum exprimentium paſſionem Chriſti; Majeſtatem, beneficia Dei; clara mandata, conſilia, admonitiones &c.

6. Juxta vaſquez ſupra non ſunt omnino diſſimiles Franckio qui in Allegoriis, & Senſu Myſtico eruendo, omiſsâ prorſus Litterâ nimium ſtudii poſuerunt, qualem ex Judæis fuiſſe Philonem aliàs Sapientiſſimum, teſtatur Auguſt. lib. 12. contra Fauſtum c. 39. qui quoniam Chriſtum non habebat in quem referret, quæ diceret, oſtium non invenit, & variis eſt actus erroribus, ut inquit Auguſtinus. Ita Vaſquez.

7. His itaque erroribus omiſſis, omnino reſolvendum eſt omnem Scripturæ locum habere aliquem Senſum Litteralem; nam nullus eſt locus S. Scripturæ quin aliquid immediatè ſignificet ex intentione Spriritus Sancti vel propriè, vel ſaltem metaphoricè: atqui illa ſignificatio eſt Litteralis, ergo nullus eſt locus qui non habeat ſignificationem, ſeu Senſum Litteralem. Major patet, quia cum omnis locus S. Scripturæ ſit Vox ſcripta ſignificativa, & cum intentione aliquid ſignificandi à Deo ſit ſcripta ſeu dictata; debet conſequenter aliquid ſignificare, atque adeò aliquid primò ſeu immediatè, igitur in illa ſignificatione Senſus Litteralis erit.

8. Nec poteſt Scriptura in aliquo loco ſolum Myſticum ſeu Spiritualem Senſum habêre: nam hic eſt ſolum mediatus, adeòque debet præſupponere alium Senſum immediatè per verba Scripturæ ſignificatum, unde S. Thomas 1. p. q. 1. art. 10. in Corp. *Senſus Spiritualis ſuper litteralem fundatur, & eum ſupponit*, ſolumque ſignificatur mediante Litterali ſignificatione; ex quo patet, quòd ſi aliquis locus eſſet ſine Senſu Lit-

ſignificat vocem *homo*, & hæc ulterius (adeoque Scriptura *homo* ſolùm mediatè) naturam humanam, & ſuppoſita cui illa adjacet.

3. Reſpondeo negando minorem cum probatione ſuâ: nam hic non attendimus ad illam immediatam vel mediatam ſignificationem, de qua in Logicâ, nec de illa agimus, ſed ſolum de re immediatè per voces ſignificatâ; Scriptura autem eſt Vicaria vocis; agitur ergo de illa ſignificatione, quâ res ſignificatur per voces, ſeu de re ultimò ſignificatâ, ut Logici loquuntur, hæc autem attenditur dum tractatur de Senſu, non illa prior; nemo enim dicit Senſum Scripturæ *homo* eſſe vocem *homo*, ſed illud quod per vocem *homo* ſignificatur.

4. Dices ulterius: *Littera occidit, Spiritus autem vivificat.* 2. Cor. 3. 6. Ergo repudiandus eſt Litteralis Senſus. Reſpondeo, Litteram occidere, ſeu abſurdum illum Senſum, minimè à Deo intentum, dum figurata locutio accipitur quaſi propria, & prout verba nuda jacent; ſic enim Deum corporeum fingeremus, & alia Hæreſum monſtra fabricaremus. Ita locum objectum intelligit Aug. lib. 3. de Doct. Chriſt. cap. 5. *Cavendum ne figuratam locutionem*, hoc eſt Metaphoricam, *ad Litteram accipias*, crudè ut jacet, & ſine figurâ, aut Metaphora: *Ad hoc enim pertinet, quod ait Apoſtolus: Littera occidit, Spiritus autem vivificat; cùm enim figuraliter dictum ſic accipitur tamquam propriè dictum ſit, carnaliter ſapitur.* Ubi manifeſtè per illa: *tamquam propriè* à Metaphoricis Scripturæ locutionibus ſolum Senſum Litteralem proprium, ſeu illum, qui eſt: ſecundum corticem Litteræ excludit, non Metaphoricum; quod etiam ſatis patet ex illo: *Ne figuratam &c.*

5. Imo non videtur Apoſtolus ibidem per *Litteram occidentem* intelligere Senſum Litteralem, ſed aliud quidpiam, ſignanter ſtatum Veteris Teſtamenti, per *Spiritum* verò *vivificantem*, ſtatum Novi. Aut potius *Littera occidens* Apoſtolò eſt Lex Vetus, ubique mor-

tem

Vulgata ibidem habet: *Adoravit Iſraël Deum converſus ad lectuli caput.* At verò Interpretes LXX. & ex eis Paulus Hebr. 11. 21. *Et adoravit ſuper ſummitatem virgæ ejus.* Hunc Senſum in Geneſi haberi authoritas Pauli, imo Dei per Paulum ſcribens confirmat, lectionem verò Vulgatæ approbat Eccleſia Vulgatam Authenticam, & Canonicam in omnibus declarans; propugnat autem expreſsè S. Hieronymus, in quæſtionibus in Geneſim ad hunc locum; eundemque Senſum exprimit Hebræus Textus ſi moderna puncta attendamus: וישתחו ישראל על ראש המטה *Vajiſchtachu Iſraël al roſch hammitta.*

מִטָּה מַטֶּה

Mitta ſignificat *Lectum*; ſed ſi legas eaſdem litteras aliis punctis: *Matte*, ſignificant *Virgam*, & *Sceptrum*: Hebræum autem verbum מטה ſcriptum ſine punctis indifferens eſt ad utramque pronuntiationem, atque adeò ad duplicem illam ſignificationem; at à Moyſe ſcripta eſt Geneſis ſine punctis; deinde vox ראש *Roſch* tam *Caput*, quam *ſummitatem*, ſeu *faſtigium* ſignificat: Adeoque uterque hic ſenſus quorum alterum expreſſit Hieronymus cum Vulgata, alterum Paulus cum LXX. verè latet ſub una eademque littera hebraïci textus, & omnino videtur à Deo intentus.

28. Innumera talia loca ſunt in Scriptura ubi græcus textus, ſive LXX. Interpretes totaliter in Senſu differunt à Vulgata, ſeu Latino, ſi tamen introſpiciamus textum hebraicum ex quo utraque tranſlatio facta eſt, reperiemus utramque lectionem ſeu verſionem eſſe legitimam, utramque contineri ſub iiſdem verbis hebraïcis, ex eo quòd hæc ſint multivoca, & utrumque Senſum includant, quorum unum in ſua tranſlatione expreſſerunt LXX. Vulgata alterum: utraque proinde verſio bona eſt, ſed tantùm ſemiplena, in quantum ſcilicet neutra tranſtulit talibus verbis, quæ omnem Senſum, in originali textu latentem, importarent, ſed tantum unum ex illis, adeoque utraque tranſlatio eſt quidem vera, ſed inadæquata.

29. No-

nimirum quod Patres & Interpretes dum inter ſe ejuſdem loci S. Scripturæ diverſas explicationes habent (quod obvium eſt, imo frequentiſſimum) ſæpè nec unus, nec alter erret, ſed omnes quandoque verum Scripturæ Senſum afferant, licet diſparatum ab alterius interpretatione, idque ex eo quod utrumque, ſeu omnes hos Senſus intenderit Spiritus S., quorum alterum hic v. gr. Auguſtinus aſſecutus eſt; ille v. gr. Hieronymus alterum, tertium Ambroſius &c.

24. Hujus rei diverſa exempla dedimus *in Centum Canonibus*, ſeu Regulis, Regulâ VIII. ut ex 2. Cor. 7. 1. *Mundemus nos ab omni inquinamento Carnis & Spiritus perficientes ſantificationem in timore Domini.* Item illud ex 2. Cor. 4. 4. *In quibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium.* Item Joan. 1. 3. *ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt.* Quæ omnia duplicem Senſum Litteralem habêre videntur, & variè à variis intelliguntur. Item Regula XV. Videantur ibi dicta.

25. Addere poſſumus illud Joan. 1. 9. Græci textus ἦν. τὸ. φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον ἐις τὸν κόσμον. Quod vulgata quidem transfert: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Sed æquè benè verti poſſet: *Veniens*, prout multi legunt: Græcum autem utrumque importare poteſt, imo importat, ut puto, & æquivalenter ſic habet: *Erat lumen verum, quod illuminat omne humanum genus veniens in hunc mundum.* Ubi *veniens* poteſt ad *lumen* referri, & ad *humanum genus.*

26. Inſuper ex hac Senſuum Litteralium multiplicitate in eodem loco, defendi poſſunt tamquam legitimi, diverſarum linguarum textus, etſi in tranſlatione certi alicujus loci inter ſe diſparatiſſimi ſint, ex eo ſcilicet quod verba originalis textûs duplicem Senſum à Spiritui Sancto intentum habeant, quorum unum aſſecutus eſt unus Tranſlator, iſtum alius. Exempla habentur in *Canonibus* Regulâ VI. & XVI.

27. Exemplum valde notabile occurrit Gen 47. 31.

Vulgata

hæc verba ex intentione meâ, & inſtitutione ſuâ duplicem Senſum litteralem habebunt, v. g. hunc: *Imperat Petrus quidquid ei libet*; & etiam: *Manducet Petrus quidquid ei placuerit.*

Si ergo ego ſic loqui poſſum ut verba mea duplicem Senſum Litteralem habeant, multò magis id poterit Deus, qui omnia cognoſcit, & univerſa comprehendit; potuit, inquam, ut Scriptura ſua dignior, profundior, excellentior, & fœcundior eſſet, uti vocibus diverſa immediatè ſignificantibus; nam cùm hæc Senſuum multiplicitas nullum inconveniens habeat, non eſt cur S. Scripturæ denegetur.

22. Porro (ut reflectit Herinx) latum adhuc diſcrimen erit inter dicta hujuſmodi Dei, & ambigua dæmonum oracula; hæc enim dabantur ex intentione decipiendi per unum Senſum falſum, artificiosè occultato altero Senſu vero; at Deus non intendit decipere ingerendo aliquem Senſum falſum, ſed instruere per diverſos Senſus veros, quos cupit ſciri ac ſtudiosè indagari. Unde nullum ex hac Senſuum multiplicatione in Scriptura ſequitur mendacium, nulla deceptiva æquivocatio; ſed potius fœcundiſſima veritas, ut etiam notavit S. Thomas 1. p. q. 1. art. 10. ad 1. *Multiplicitas horum Senſuum non facit æquivocationem.* (Per quod ſolutum eſt palmarium Eſtii argumentum, nempe non eſſe æquivocationem in Scriptura item quod allegat ex S. Thoma 3. q. 60. art. 3. ad 1.) Procul enim abeſt ut verus Senſus per intentionem loquentis excludatur; quin potius uterque, vel omnis Senſus etiam quandoque diſparatiſſimus, intenditur, & exprimitur, in quo nihil niſi mira verbi Dei energia, & abundantiſſima eloquentia relucet: ſeu *Laconica* veritas à Doctis ſemper laudata: etenim *Laconizare* eſt paucis verbis plurima ſignificare, exprimere, indicare, & ſequi monitum Spiritus Sancti (prout in græco textu habetur Eccli. 32. 11.) ἐν ὀλίγοις πολλά. *Paucis multa.*

23. Ex quibus ulterius magnum oritur commodum,

nimirum

nus: Sed dum in hoc Auguſtinum, & Angelicum corrigit, profectò nimius fuiſſe mihi ipſe Vaſquezius videtur.

19. Ex iſtis SS. Aug. & Thomæ verbis notandum, prædictam ſenſuum multiplicitatem, ad numerum binarium aut ternarium arctandam non eſſe; ſed ſatis prudenter credere poſſumus, omnes illos ſenſus in unoquoque loco contineri, & à Spiritu Sancto eſſe intentos: omnes dico, *qui ſalvâ circumſtantiâ litteræ,* & contextûs ſerie poſſunt verbis ſacris commodè aptari, dummodo in ſe veritatem cotineant.

20. Probatur denique ratione ab Auguſt. & Angelico Doctore inſinuatâ: Deus ſic facere potuit aſſumendo & dictando verba, quæ diverſa vera ex mente Dei ſignificent; nam eadem verbalis ſententia poteſt aſſumi ad diverſa ac diſparata ſignificanda, quia v. g. eſt æquivoca, ſeu potius multivoca, & loquens intendit per eadem verba omnes illos Senſus indicare; quia verò non intendit unum Senſum illorum indicare mediante altero, ſed utrumque immediatè per illa verba, ſic uterque, imo omnis ita intentus, erit verè litteralis.

Pertinetque ad dignitatem Dei loquentis ut paucis verbis plures exprimat ſententias; conducit etiam ad utilitatem, doctrinam, & conſolationem noſtram, acuitque Studium & ingenium, ut ſolicitè veritates, & Senſus multiplices in verbo Dei, tamquam in numquam exhauriendo puteo latentes, inquiramus atque hauriamus. Inſuper ex hoc infinita & admirabilis ſapientia & providentia Dei manifeſtatur. Potuit igitur hoc Deus, & ipſum decuit, ergo & fecit.

21. Quidni Deus hoc poſſit; cum etiam poſſint homines? V. g. dum dico: *Mandat Petrus quod vult.* Vox *mandat* eſt indifferens, ut ſit Imperativus à verbo *mandere*, ſive comedere, atque etiam ut ſit præſens tertiæ Perſonæ à verbo *mandare*, ſeu imperare; poſſum autem ego hæc verba proferens utroque modo ſimul capere, & utrumque velle ſignificare; tunc autem

hæc

Digitized by Google

qua ſalvâ littera circumſtantiâ, poteſt Divina Scriptura aptari, eſt ejus Senſus.

18. Præceſſerat Angelicum S. Auguſt. Variis locis, ſignanter lib. 3. de Doctrina Chriſt. cap. 27. ubi & hanc rationem dat: *Ille quippe Auctor* (Hagiographus) *in iiſdem verbis quæ intelligere volumus, & ipſam ſententiam forſitan vidit, & certè Dei Spiritus, qui per eum hæc operatus eſt, etiam ipſam occurſuram lectori, vel auditori ſine dubitatione prævidit, imo ut occurreret, quia & ipſa eſt veritate ſubnixa, providit: Nam quid in Divinis Eloquiis largius, & uberius potuit Divinitus provideri, quàm ut eadem verba pluribus intelligantur modis?*

Item lib. 12. Conf. capp. 18. 19. 20. 24. & 31. ubi hæc habet: *Cùm alius dixerit: hoc ſenſit* (Moyſes ſcribendo verba Gen. 1. 1.) *quod ego, & alius: imo illud quod ego; religioſius me arbitror dicere, cur non utrumque potius, ſi utrumque verum eſt? Et ſi quid tertium, & ſi quid quartum, & ſi quid omnino aliud verum quiſpiam in his verbis videat, cur non omnia illa vidiſſe credatur, per quem unus Deus Sacras Sitteras vera & diverſa viſuris, multorum ſenſibus temperavit? Ego certè quod intrepidus de corde meo pronuntio, ſi ad culmen authoritatis aliquid ſcriberem, ſic mallem ſcribere ut quod veri quiſque de his rebus capere poſſet, mea verba reſonarent, quàm ut unam veram ſententiam ad hoc apertius ponerem, ut excluderem ceteras, quarum falſitas me non poteſt offendere.*

Nolo itaque Deus meus tam præceps eſſe, ut hoc illum virum de te meruiſſe non credam. Senſit ille omnino in his verbis, atque cogitavit cùm ea ſcriberet, quidquid hic veri potuimus invenire, & quidquid nos non potuimus, aut nondum poſſumus & tamen in eis inveniri poteſt. Egerat autem S. Aug. in ſpecie de loco Gen. 1. 1. *In principio creavit Deus cœlum & terram.* Cujus in præcedentibus quintuplicem diverſum ac diſparatum Senſum Litteralem allegaverat. Dicit quidem Vaſquez in 1. Diſput. 17. num. 9. *In hac re nimiùs videtur fuiſſe Auguſtinus:*

Senſum, eumque Litteralem. Sed ut prudenter reflectit Vaſquez p. 1. Diſp. 17. n. 1. Aliud longè diverſum docere voluit Adamus, nempe cùm Scriptura loquitur de rebus divinis, non contineri ſub ea littera duplicem Senſum, de quo antea locutus fuerat, nimirum Litteralem & Myſticum, ſed ex his unum genere, eumque Litteralem. An verò ſub eadem littera Senſus Litteralis, qui à Myſtico diſtinguitur, aliquando multiplex ſit, ipſe non curat. Ita Vaſquez.

16. Contra Medinam autem & Eſtium dico cum Auctoribus communiter, eundem S. Scripturæ locum poſſe habere, imo ſæpius habere plures, imo plurimos Litterales Senſus. Probatur primò ex ipſo facto; nam ut ſtatim oſtendemus multa loca Scripturæ ſunt in quibus multiplex Senſus Litteralis eſt.

17. Probatur ſecundò Authoritate, in primis S. Thomæ 1. p. q. 1. art. 10. in Corp. *Quia Auctor S. Scripturæ Deus eſt, qui omnia ſimul ſuo intellectu comprehendit, non eſt inconveniens, ut dicit Auguſt. 12. Confeſſ. Si etiam ſecundùm Litteralem ſenſum, in una littera S. Scripturæ plures ſint Senſus.*

Item quæſt. 4. de Potent. art. 1. in Corp. *Vitandum ne aliquis ita Scripturam ad unum Senſum cogere velit; quod alios Senſus, qui in ſe veritatem continent, & poſſunt ſalvâ circumſtantiâ litteræ Scripturæ aptari, penitus excludantur; hoc enim ad dignitatem Divinæ Scripturæ pertinet, ut ſub una littera multos ſenſus contineat, ut ſic & in diverſis intellectibus hominum conveniat, & unuſquiſque miretur, ſe in Divina Scriptura poſſe invenire veritatem, quam mente conceperit... Unde non eſt incredibile Moyſi, & aliis Scripturæ Auctoribus hoc Divinitus eſſe conceſſum ut diverſa vera, quæ homines poſſent intelligere ipſi cognoſcerent, & ea ſub una ſerie litteræ deſignarent, ut ſic quilibet eorum ſit Senſus Auctoris: Unde ſi etiam aliqua vera ab Expoſitoribus S. Scripturæ litteræ aptentur, quæ Auctor non intelligit, non eſt dubium quin Spiritus S. intellexerit, qui eſt principalis Auctor Divinæ Scripturæ. Unde omnis veritas,*

quæ

Digitized by Google

cap. 5. Neque hoc Patres negant; ſed metaphoricum Senſum metaphoricè Spiritualem vocant, item Myſticum & allegoricum, non prout Spiritualis opponitur Litterali, ſed prout opponitur grammaticali, ſeu ei, qui eſt rigorosè ſecundum cortiocem verborum ſine ullo tropo ſeu metaphorâ, id quod manifeſtum eſt ex eorum verbis relatis cap. 3. n. 20. & ex S. Aug. relato n. 22. quapropter etiam monuit noſter Adamus Sasbout Prologo in Iſaiam: *Hoc notandum quod ſcriptores Eccleſiaſtici Senſum Litteralem ſub tropis & metaphoris propoſitum nonnumquam Allegoricum vocant.*

13. Altera quæſtio eſt an unus idemque Scripturæ locus poſſit habêre plures Senſus. Certum eſt quod non poſſit habêre plures Senſus contrarios, ſeu quoad veritatem repugnantes; idque ideò quia ex ſuppoſito tunc alter deberet eſſe falſus, adeoque cum ſupponeretur, quod etiam hunc Senſum falſum Deus ſignificare ſeu enuntiare voluiſſet, Deus diceret falſum, imo mentiretur, quod impoſſibile eſt.

14. Sed plures ac multiplices Senſus ſibi invicem non contrarios, ſeu quorum unius veritas ſuppoſita, infert falſitatem alterius; ſed diſparatos, & inter ſe non repugnantes poteſt habere, atque habet ſæpè unus idemque Scripturæ locus. Ita Patres unanimiter docent. Sufficiant hæc Hieron. Epiſt. 103. ad Paulinum de Apocalypſi: *In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ.* Et iſta Bernardi ſerm. 51. in Cantica. *Unus quilibet Divinus ſermo non erit abs re ſi diverſos pariat intellectus.* Evidens hoc eſt de Senſibus uno Litterali & altero Myſtico, prout inferius clarè patebit. Poſſumus hic applicare illud Pſalmi 61. 12. *Semel locutus eſt Deus, duo hæc audivi.*

15. Quod idem Scripturæ locus habeat plures Senſus Litterales negat *Michael Medina* lib. 6. de recta in Deum fide cap. 25. *Guil. Eſtius* Orat. Theol. 19. Paucique Alii, inter quos refertur noſter *Adamus Sasbout*, eo quod Præfat. in Iſaiam dicat: *Cùm ſermo eſt de rebus divinis, ſeu cæleſtibus unum tantum eſſe Scripturæ*

terali, foret ſine omni Senſu, Ideo etiam monet S. Bonav. in Prœmio Breviloq. circa finem: *Qui Litteram S. Scripturæ ſpernit, ad ſpirituales ejus intelligentias nunquam aſſurget*: nam ibi quoque eſt verum illud Hironymi in Eccle. 1. propriè finem: *Non poſſumus ſcire Senſum, niſi eum per verba diſcamus.* Vide infra cap. 13. n. 7. verba Hugonis de S. Victore, qui etiam ait lib. de Script. cap. 5. *Noli de intelligentia Scripturarum gloriari quamdiu litteram ignoras.*

9. Eſt quidem verum varios docere multa eſſe loca Sacræ Scripturæ, quæ carent Senſu Litterali, quod videtur docuiſſe Lyranus ſupra cap. 3. n. 4. Idem viderentur docêre multi SS. Patres, quorum aliqui relati ibid. n. 20. Addo his Ambroſ. lib. 5. in Luc. cap. de Miſſione diſcipulorum Joan. *Si intellectus ſimplicis forma compugnat, Spiritualem quaramus figuram.* Et Origenem Hom. 2. in Gen. circa finem. *Non ſemper in Scripturis Divinis hiſtorialis conſequentia ſtare poteſt, ſed nonnumquam deficit, ut verbi cauſa cum dicitur: ſpina naſcentur in manu ebrioſi.*

10. Sed ad Lyranum diximus illum non rectè Senſum Litteralem definire, aut ſaltem non congruè ſenſum metaphoricum ſub rigoroſo Myſtico collocare; vel potius benignè explicandum eſſe cum Patribus aliiſque authoribus; & revera Lyranus ſolummodo vult multa eſſe Scripturæ loca, quæ non alium Senſum immediatum habent, quam metaphoricum.

11. Pariformiter Patres dum dicere videntur Scripturam alicubi non niſi Myſticè intelligendam; ſolum volunt eſſe plurima Scripturæ loca ſine Senſu Litterali proprio, hoc eſt multa eſſe, quæ non ſignificant ex intentione Spiritus S. id quod nudè verba illa grammaticaliter, & ſecundum corticem verborum important, quod veriſſimum eſt, & nos ſuperius ſæpius diximus

12. Habent equidem talia loca verum Senſum Litteralem, ſcilicet metaphoricum, *nam in eo etiam quod figurativè dictum accipitur, littera ſuam ſignificationem habêre non negatur.* Hugo de S. victore lib. de Script.

cap. 5.

Digitized by Google

tem tranſgreſſoribus intentans, atque ita occidens; *Spiritus vivificans* Lex Evangelica vitam æternam continuò promittens, hominemque Spiritualiter vivificans; juxta illud Chriſti Joan. 6. 64. *Verba, quæ ego locutus ſum vobis Spiritus & vita ſunt.* Aliunde verò evidens eſt, quod Senſus Litteralis ſæpius ſummoperè ædificet, atque vivificet, ut v. g. ſenſus verborum exprimentium paſſionem Chriſti; Majeſtatem, beneficia Dei; clara mandata, conſilia, admonitiones &c.

6. Juxta vaſquez ſupra non ſunt omnino diſſimiles Franckio qui in Allegoriis, & Senſu Myſtico eruendo, omiſsâ prorſus Litterâ nimium ſtudii poſuerunt, qualem ex Judæis fuiſſe Philonem aliàs Sapientiſſimum, teſtatur Auguſt. lib. 12. contra Fauſtum c. 39. qui quoniam Chriſtum non habebat in quem referret, quæ diceret, oſtium non invenit, & variis eſt actus erroribus, ut inquit Auguſtinus. Ita Vaſquez.

7. His itaque erroribus omiſſis, omnino reſolvendum eſt omnem Scripturæ locum habere aliquem Senſum Litteralem; nam nullus eſt locus S. Scripturæ quin aliquid immediatè ſignificet ex intentione Spriritus Sancti vel propriè, vel ſaltem metaphoricè: atqui illa ſignificatio eſt Litteralis, ergo nullus eſt locus qui non habeat ſignificationem, ſeu Senſum Litteralem. Major patet, quia cum omnis locus S. Scripturæ ſit Vox ſcripta ſignificativa, & cum intentione aliquid ſignificandi à Deo ſit ſcripta ſeu dictata; debet conſequenter aliquid ſignificare, atque adeò aliquid primò ſeu immediatè, igitur in illa ſignificatione Senſus Litteralis erit.

8. Nec poteſt Scriptura in aliquo loco ſolum Myſticum ſeu Spiritualem Senſum habêre: nam hic eſt ſolum mediatus, adeòque debet præſupponere alium Senſum immediatè per verba Scripturæ ſignificatum, unde S. Thomas 1. p. q. 1. art. 10. in Corp. *Senſus Spiritualis ſuper litteralem fundatur, & eum ſupponit*, ſolumque ſignificatur mediante Litterali ſignificatione; ex quo patet, quòd ſi aliquis locus eſſet ſine Senſu Litterali,

ſignificat vocem *homo*, & hæc ulterius (adeoque Scriptura *homo* ſolùm mediatè) naturam humanam, & ſuppoſita cui illa adjacet.

3. Reſpondeo negando minorem cum probatione ſuâ: nam hic non attendimus ad illam immediatam vel mediatam ſignificationem, de qua in Logicâ, nec de illa agimus, ſed ſolum de re immediatè per voces ſignificatâ; Scriptura autem eſt Vicaria vocis; agitur ergo de illa ſignificatione, quâ res ſignificatur per voces, ſeu de re ultimò ſignificatâ, ut Logici loquuntur, hæc autem attenditur dum tractatur de Senſu, non illa prior; nemo enim dicit Senſum Scripturæ *homo* eſſe vocem *homo*, ſed illud quod per vocem *homo* ſignificatur.

4. Dices ulterius: *Littera occidit, Spiritus autem vivificat.* 2. Cor. 3. 6. Ergo repudiandus eſt Litteralis Senſus. Reſpondeo, Litteram occidere, ſeu abſurdum illum Senſum, minimè à Deo intentum, dum figurata locutio accipitur quaſi propria, & prout verba nuda jacent; ſic enim Deum corporeum fingeremus, & alia Hæreſum monſtra fabricaremus. Ita locum objectum intelligit Aug. lib. 3. de Doct. Chriſt. cap. 5. *Cavendum ne figuratam locutionem*, hoc eſt Metaphoricam, *ad Litteram accipias*, crudè ut jacet, & ſine figurâ, aut Metaphora: *Ad hoc enim pertinet, quod ait Apoſtolus: Littera occidit, Spiritus autem vivificat; cùm enim figuraliter dictum ſic accipitur tamquam propriè dictum ſit, carnaliter ſapitur.* Ubi manifeſtè per illa: *tamquam propriè* à Metaphoricis Scripturæ locutionibus ſolum Senſum Litteralem proprium, ſeu illum, qui eſt: ſecundum corticem Litteræ excludit, non Metaphoricum; quod etiam ſatis patet ex illo: *Ne figuratam &c.*

5. Imo non videtur Apoſtolus ibidem per *Litteram occidentem* intelligere Senſum Litteralem, ſed aliud quidpiam, ſignanter ſtatum Veteris Teſtamenti, per *Spiritum* verò *vivificantem*, ſtatum Novi. Aut potius *Littera occidens* Apoſtolò eſt Lex Vetus, ubique mortem

Digitized by Google

tem tranſgreſſoribus intentans, atque ita occidens; *Spiritus vivificans* Lex Evangelica vitam æternam continuò promittens, hominemque Spiritualiter vivificans; juxta illud Chriſti Joan. *6. 64. Verba, quæ ego locutus ſum vobis Spiritus & vita ſunt.* Aliunde verò evidens eſt, quod Senſus Litteralis ſæpius ſummoperè ædificet, atque vivificet, ut v. g. ſenſus verborum exprimentium paſſionem Chriſti; Majeſtatem, beneficia Dei; clara mandata, conſilia, admonitiones &c.

6. Juxta vaſquez ſupra non ſunt omnino diſſimiles Franckio qui in Allegoriis, & Senſu Myſtico eruendo, omiſsâ prorſus Litterâ nimium ſtudii poſuerunt, qualem ex Judæis fuiſſe Philonem aliàs Sapientiſſimum, teſtatur Auguſt. lib. 12. contra Fauſtum c. 39. qui quoniam Chriſtum non habebat in quem referret, quæ diceret, oſtium non invenit, & variis eſt actus erroribus, ut inquit Auguſtinus. Ita Vaſquez.

7. His itaque erroribus omiſſis, omnino reſolvendum eſt omnem Scripturæ locum habere aliquem Senſum Litteralem; nam nullus eſt locus S. Scripturæ quin aliquid immediatè ſignificet ex intentione Spriritus Sancti vel propriè, vel ſaltem metaphoricè: atqui illa ſignificatio eſt Litteralis, ergo nullus eſt locus qui non habeat ſignificationem, ſeu Senſum Litteralem. Major patet, quia cum omnis locus S. Scripturæ ſit Vox ſcripta ſignificativa, & cum intentione aliquid ſignificandi à Deo ſit ſcripta ſeu dictata; debet conſequenter aliquid ſignificare, atque adeò aliquid primò ſeu immediatè, igitur in illa ſignificatione Senſus Litteralis erit.

8. Nec poteſt Scriptura in aliquo loco ſolum Myſticum ſeu Spiritualem Senſum habêre: nam hic eſt ſolum mediatus, adeòque debet præſupponere alium Senſum immediatè per verba Scripturæ ſignificatum, unde S. Thomas 1. p. q. 1. art. 10. in Corp. *Senſus Spiritualis ſuper litteralem fundatur, & eum ſupponit*, ſolumque ſignificatur mediante Litterali ſignificatione; ex quo patet, quòd ſi aliquis locus eſſet ſine Senſu Lit-

ſignificat vocem *homo*, & hæc ulterius (adeoque Scriptura *homo* ſolùm mediatè) naturam humanam, & ſuppoſita cui illa adjacet.

3. Reſpondeo negando minorem cum probatione ſuâ: nam hic non attendimus ad illam immediatam vel mediatam ſignificationem, de qua in Logicâ, nec de illa agimus, ſed ſolum de re immediatè per voces ſignificatâ; Scriptura autem eſt Vicaria vocis; agitur ergo de illa ſignificatione, quâ res ſignificatur per voces, ſeu de re ultimò ſignificatâ, ut Logici loquuntur, hæc autem attenditur dum tractatur de Senſu, non illa prior; nemo enim dicit Senſum Scripturæ *homo* eſſe vocem *homo*, ſed illud quod per vocem *homo* ſignificatur.

4. Dices ulterius: *Littera occidit, Spiritus autem vivificat*. 2. Cor. 3. 6. Ergo repudiandus eſt Litteralis Senſus. Reſpondeo, Litteram occidere, ſeu abſurdum illum Senſum, minimè à Deo intentum, dum figurata locutio accipitur quaſi propria, & prout verba nuda jacent; ſic enim Deum corporeum fingeremus, & alia Hæreſum monſtra fabricaremus. Ita locum objectum intelligit Aug. lib. 3. de Doct. Chriſt. cap. 5. *Cavendum ne figuratam locutionem*, hoc eſt Metaphoricam, *ad Litteram accipias*, crudè ut jacet, & ſine figurâ, aut Metaphora: *Ad hoc enim pertinet, quod ait Apoſtolus: Littera occidit, Spiritus autem vivificat; cùm enim figuraliter dictum ſic accipitur tamquam propriè dictum ſit, carnaliter ſapitur.* Ubi manifeſtè per illa: *tamquam propriè* à Metaphoricis Scripturæ locutionibus ſolum Senſum Litteralem proprium, ſeu illum, qui eſt: ſecundum corticem Litteræ excludit, non Metaphoricum; quod etiam ſatis patet ex illo: *Ne figuratam &c.*

5. Imo non videtur Apoſtolus ibidem per *Litteram occidentem* intelligere Senſum Litteralem, ſed aliud quidpiam, ſignanter ſtatum Veteris Teſtamenti, per *Spiritum* verò *vivificantem*, ſtatum Novi. Aut potius *Littera occidens* Apoſtolo eſt Lex Vetus, ubique mortem

quendo datur litteralis, qui non eſt hiſtoricus: V. g. hic: *Diliges Dominum Deum tuum.* Deuter. 6. Item Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus.* Item Exod. 23. *Mendacium fugies.* Sed tamen talis ex uſu Patrum etiam *Hiſtoricus* vocatur; unde notavit Abulenſis q. 28. in cap. 13. Matth. *Senſus Litteralis eſt ille, quem littera facit, qui etiam vocatur Hiſtoricus, quia per illum ſignatur nuda Hiſtoria, quam Scriptura refert, accipiendo* HISTORIAM LARGE, quia *Hiſtoria* (ſtrictè ſumendo hanc vocem) eſt res geſta oculis conſpecta, ut rectè notavit Hugo de S. Victore lib. *De ſcript.* cap. 3.

CAPUT IV.

An omnis Scripturæ locus habeat Senſum Litteralem, an unus locus quandoque plures &c.

1. Circa Senſum Litteralem occurrunt quæſtiones aliquot hoc capite diſſolvendæ. Prima eſt an omnis Scripturæ locus, ſeu quælibet enuntiatio, aut oratio ibidem aſſerta habeat Senſum Litteralem. Siquidem (ut refert Vaſquez, parte 1. Diſput. 13. num. 6.) *Sebaſtianus Frankius* in ſua Præfatione de Paradoxis, affirmat *Litteram*, gladium eſſe Anti-Chriſti, quo Sancti interficiendi ſunt: hic ergo omnem Senſum Litteralem eliminat, qui eſt abſurdiſſimus error, tollens omnem fidem & authoritatem Scripturæ; cum autem patentiſſimè falſus ſit, refutatione non indiget; duo tamen quæ pro hoc objici poſſe video, ſolvamus.

2. Dices igitur: Senſus Litteralis debet immediatè ſignificari, atqui S. Scriptura nullam ſententiam immediatè ſignificat, ergo nullum Litteralem Senſum habet. Minor probatur, quia Scriptura omnis mediatè ſolam rem ſignificat, nam immediatè certam tantum ſpeciem vocis, v. g. Scriptura *homo* immediatè tantum

& aliis Scripturæ locis pleraque ponuntur quæ non poſſunt ſtare juxta hiſtoriam, (intellige in ſenſu proprio acceptam) *ut rerum neceſſitate cogamur altiorem intelligentiam quærere.* S. Auguſt. Conc 1. in Pſalmum 103. circa finem : *Quare quædam in rebus viſibilibus quaſi abſurda miſcet Spiritus Sanctus, niſi ut ex eo quod non poſſumus accipere ad Litteram, cogat nos iſta ſpiritualiter quærere.* Et Hieron. in Matth. 15. 13. *Petrus per parabolam dictum putat, & inre manifeſta Myſticam quærit intelligentiam*, Notan. 22. & cap. ſeq. n. 9.

21. Ex dictis patet Senſum Litteralem S. Scripturæ alium eſſe proprium, alium improprium, ſive metaphoricum ; nota tamen Senſum metaphoricum dici improprium, non ideo quod impropriè tantum Litteralis ſit, ſed ideo quia ſignificatur per vocem quæ à propria ſignificatione ad aliam non ſibi propriam, hoc eſt ad impropriam transfertur.

22. Patet etiam erraſſe eos, qui Scripturam ubique ſine tropis intelligendam eſſe affirmabant, ſeu nude ut ejus verba jacent ; niſi enim metaphoricam in Scriptura locutionem admittamus, plura cogemur abſurda concedere, v. g. quod Chriſtus ſit *lapis*, *leo*, *vitis* ; unde oppoſitus error Anthropomorphitas induxit ut Deum humana membra habere fingerent ; alios autem in alios induxit errores. Proinde monent omnes cum cum S. Auguſt. lib. 3. de Doctr. Chriſt. cap. 5. *Cavendum ne figuratam* (hoc eſt *Metaphoricam*) *locutionem ad litteram* (nudè ut jacet) *accipias.* Qui iterum lib. 3. de Doctr. Chriſt. cap. 29. ait : *Cum Senſus ad proprietatem verborum ſi accipiatur abſurdus eſt, quærendum eſt utique ne illo vel illo tropo dictum ſit, quod non intelligimus ; & ſic pleraque inventa ſunt quæ latebant.* Nota ſtatim dicta n. 26.

23. Adverte quòd Senſus Litteralis paſſim vocetur *Hiſtoricus* tam à Theologis, quàm à Patribus, ut patet ſuprà cap. 2. n. 6. & ſeqq. Et hoc ideò, quia Senſus Myſticus paſſim latet ſub Hiſtoriis per Scripturam prius litteraliter ſignificatis ; aliàs in rigore lo-

quendo

t. art. 10. ad 3. *Senſus Parabolicus ſub Litterali continetur, tamquam ſpecies ſub ſuo genere, nam per voces ſignificatur aliquid propriè, & aliquid figurativè; nec eſt Litteralis Senſus ipſa figura, ſed quod eſt figuratum: Non enim cum Scriptura nominat Dei brachium, eſt Litteralis Senſus, quod in Deo ſit membrum hujuſmodi corporale, ſed id quod per hoc membrum ſignificatur, ſcilicet virtus operativa, in quo patet quod Senſui Litterali Sacra Scriptura numquam poteſt ſubeſſe falſum.*

18. Per Senſum Parabolicum ibidem manifeſtè intelligit metaphoricum, quod ulterius patet ex illis quæ habet Lect. 7. in caput 4. Galat. *Per litteralem Senſum poteſt aliquid ſignificari dupliciter, ſcilicet ſecundùm proprietatem locutionis, ſicut cùm dico, homo ridet; vel ſecundum ſimilitudinem, ſeu metaphoram, ſicut cùm dico: Pratum ridet; & utroque modo utimur in Sacra Scriptura, ſicut cùm dicimus, quantum ad primum, quod Jeſus aſcendit; & cum dicimus, quod ſedet à dextris Dei, quantum ad ſecundùm, & ideo* SUB LITTERALI INCLUDITUR PARABOLICUS, SEU METAPHORICUS. Vide infra cap. 8.

19. Eſt quidem verum quod SS. Patres doceant in Metaphoricis Scripturæ Locutionibus, non Litteralem, ſed Myſticum, ſeu Spiritualem Senſum requirendum eſſe; ſed tunc ipſi Metaphoricè loquuntur, & negligentes exactam diviſionem, modumque loquendi Recentiorum, Senſum Metaphoricum Patres illi vocant *Myſticum, Spiritualem, non ſecundùm Litteram*, non in quantum hic contra Litteralem generaliter diſtinguitur, ſed in quantum opponitur Litterali proprio, ſeu grammaticali, hoc eſt ei qui ſignificatur per verba Scripturæ nudè ut jacent accepta. Senſum verò metaphoricum vocant Myſticum, item Spiritualem, eo quod magis abſconditus ſit, & latens ſub cortice litteræ grammaticaliter ſumptæ, ſicuti ſpiritus hominis ſub ejus corpore, atque adeo aliquam cum vero Spirituali ſenſu ſimilitudinem habeat.

20. Sic loquitur S. Hieron. in cap. 10. Iſaiæ: *In hac*

Digitized by Google

tendit per verba correſpondentia etiam hiſtoriam ſignificare, & quidem immediatè; v. g. duos filios Abrahæ Iſmael & Iſaac; illi autem duo filii ex intentione Dei ſignificati per verba, quibus eorum hiſtoria in Geneſi refertur, ulterius ex Divina intentione, erant figura, atque adeò ſignificabant duo Teſtamenta Vetus & Novum, ut docet S. Paulus ad Gal. 4. ſignanter ℣. 24. *Quæ* (de illis filiis in Geneſi) *ſunt per Allegoriam dicta, hæc enim ſunt* (ſignificativè, ſeu ſignificant) *duo Teſtamenta &c.*

15. Advertendum proinde quod in metaphorica, ſeu tranſlatâ locutione juxta S. Auguſt. ſupra n. 9. vox tranferatur à propriâ ſuâ, ſeu grammaticali ſignificatione, ad ſignificandum aliud quidpiam, idque ordinariè ob aliquam ſimilitudinem, ſeu Analogiam, quæ eſt inter ſignificatum proprium & metaphoricum, quæ ſimilitudo eſt fundamentum, & occaſio vocem à propria ad hanc impropriam ſignificationem transferendi; ſicque fit tacita aliqua alluſio ad hanc ſimilitudinem & Analogiam, atque ita aliqualiter hæc connotatur, quod velle intelligendi ſunt, & non aliud (aut certè deferendi) qui docent ſignificatum proprium in Metaphorica locutione etiam conſignificari.

16. Dum autem illa vocis *tranſlatio* ſeu *metaphora* contingit, tunc non id *à quo*, ſed id *ad quod* fit tranſlatio, ex intentione loquentis vox ſignificat, v. g. non ſignificat hæc vox *Littus aras* tunc illud, quod nudè ſecundùm ſe ſpectata ſine metaphora ſignificaret, ſed ſignificat tantum *in vanum laboras*, ſeu *fruſtra facis*; vera enim eſt, ut omnes fatentur; falſa verò foret, ſi in Metaphorica locutione, etiam id *à quo* tranſlatio fit, v. g. *littus arare*, ſignificaretur, tuncque omnes qui metaphoricè loquuntur ordinariè etiam, imo prius falſum, abſurdum, aut inconveniens dicerent, quàm verum; cùm ordinariè, dum metaphoricè loquuntur, id quod verba propriè ſignificant, falſum, abſurdum, aut inconveniens ſit.

17. Prædicta etiam clarè docet S. Thomas 1. p. q.

1.

Digitized by Google

falſum, abſurdum, aut minus convenientem generent, nequit ejuſmodi ſenſus dici vel Litteralis Scripturæ, vel abſolutè Scripturæ Senſus; hoc enim eſſet Spiritui Sancto ſenſum & locutionem falſam, abſurdam, aut non convenientem adſcribere.

11. Eſt ergo Senſus Litteralis ſimilium locorum non ille, quem indicant verba nudè corticem verborum ſpectando, ſed ille quem verba metaphoricè ſeu tranſlatè ſumpta ſignificant; hunc enim, non illum Spiritus Sanctus immediatè intellexit, & intelligi voluit; alium enim non intendit; ſi enim intendiſſet, falſum, inconveniens, aut abſurdum ſignificare voluiſſet, quod impium eſt adſcribere Spiritui S. Igitur hunc improprium intendit, ſeu indicare voluit, & conſequenter iſte eſt Litteralis Senſus.

12. Unde multum differunt Senſus Litteralis metaphoricus, & Senſus Myſticus: nam Senſus Myſticus non intenditur, nec ſignificatur niſi mediante, & prius ſuppoſito alio Senſu à loquente intento, ſcilicet Litterali; Myſticus enim non ſignificatur per verba immediatè, ſed potius per ſignificationem verborum, ſeu per res prius per verba ex intentione loquentis etiam ſignificatas: metaphoricus verò non ſignificatur mediante aliquo priori Senſu à loquente intento.

13. Exempli gratia: per hæc verba Matthæi. 16. 6. *Cavete à Fermento Phariſæorum*, non intendit Chriſtus prius fermentum, ſeu panem fermentatum ſignificare, ac deinde permixtam atque corruptam erroribus doctrinam eorum, ut patet ibidem ex ℣. 11. *Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cavete à fermento Phariſæorum?* Quapropter ℣. 12. *Tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum.* Chriſtus proinde vocem *fermentum* metaphoricè accipiens, ſecundùm quod non panem fermentatum ſignificat, ſed malam, ac erroneam doctrinam, præcipit ſimpliciter, unicè, immediatè malam doctrinam Phariſæorum vitare.

14. Aliud eſt in Senſu Myſtico: nam ibi Deus in-

Digitized by Google

7. Additur: *Ex intentione Spiritus Sancti*, propter dicta cap. 1. n. 7. 10. 11. Ex quibus patet non rectè aliquos has particulas ut ſuperfluas rejicere; præſertim cùm ſæpè ex ſola loquentis intentione pendeat an verba propriè, an verò metaphoricè ſumenda ſint; quamvis autem ex diſcurſu contextuque ſermonis, ſubjectâ materiâ, atque circumſtantiis illud plerumque poſſit à poſteriori colligi; tamen per ſe, & à priori pendet ex mera intentione loquentis; ac ſubinde ſit ut non facilè ex adjunctis colligi poſſit, ſitne propria, an metaphorica locutio. v.g. ſi in campo cum ſocio exiſtens ſermonem exordiar ita: *En advolat pica*; planè ab intentione mea pendet an de vera ave pica forſitan prætervolante, an verò intelligi velim de aliquo Dominicano adveniente albis nigriſque veſtibus, ideoque Metaphoricè per picam ſignificato, ejuſque celeri adventu indicato per verbum *advolat*.

8. Dicitur denique: *ſive propriè ſive metaphoricè*, propter duplicem ſenſum litteralem quorum unus proprius, quem verba nudè ut jacent, ſeu grammaticaliter accepta ſignificant ex intentione Dei. Ut v. g. in his: *Diliges Dominum Deum tuum. Omnia per ipſum facta ſunt. Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis* &c.

9. Alter litteralis eſt *Metaphoricus*; nempe ille, quem verba Scripturæ ex intentione Dei ſignificant, Scripturæ verba metaphoricè ſeu tropicè ſumendo: ſub nomine enim Metaphoræ hîc cujuſlibet generis tropi intelliguntur. Eſt autem (juxta S. Auguſt. lib. contra Mendac. cap. 10.) *Metaphora, de re propria ad rem non propriam, verbi alicujus uſurpata tranſlatio*.

10. Nota proinde non tantummodo illum eſſe littelem ſenſum, quem verba propriè & ſine tropo accepta ſignificant; *nam in eo quod figurativè dictum accipitur, littera ſuam ſignificationem habere non negatur*, ut ait *Hugo de S. Victore* lib. de Scrip. cap. 5. Inſuper niſi hoc dicamus multa Scripturæ loca ſenſu litterali carerent, v. g. allata cap. 1. n. 11. ſimiliaque innumera: cùm enim verba nudè ut jacent ſumpta in illis ſenſum

falſum,

Digitized by Google

non habêre ſenſum litteralem proprium, de quo poſtea.

5. Itaque genuinè *Senſus litteralis, S. Scripturæ eſt ille, quem verba S. Scripturæ ex intentione Spiritus Sancti immediatè ſignificant, ſive propriè, ſive Metaphoricè.* Ita in re omnes ferè, ſignanter S. Bonaventura, item S. Thomas in verbis relatis n. 1. & cap. 2. n. 13. Ubi docet ſenſum per voces S. Scripturæ ſignificatum ex intentione Dei, eſſe litteralem, eum autem qui per res prius per voces ſignificatas indicatur, eſſe Myſticum. Idem clariſſimè docet in ſubſtantia (in terminis enim non habet vocem *immediatè*) 1. part. q. 1. art. 10. in corp. *Prima ſignificatio quâ voces ſignificant res, pertinet ad primum ſenſum, qui eſt ſenſus hiſtoricus vel litteralis; illa vero ſignificatio, quâ res ſignificatæ per voces, iterum* (ecce mediatè) *res alias ſignificant, dicitur ſenſus ſpiritualis, qui ſuper litteralem fundatur, & eum ſupponit* tamquam immediatum.

Nec juvat Segovienſem quòd S. Thomas ibidem dicat: *Senſus Litteralis eſt, quem Auctor intendit, Auctor autem S. Scripturæ Deus eſt.* Nam intelligit; quem intendit per voces, & immediatè: ſpiritualem enim intendit mediatè, ſeu per res, prius per voces ſignificatas, idque conſtat ex ejus tribus locis jam adductis. Deinde ita loquitur S. Thomas propter illa Scripturæ loca in quibus Deus non intendit alium præter ſenſum Metaphoricum, qui conſequenter in ſimilibus locis litteralis eſt, non eſt autem in talibus locis ſenſus litteralis; imo nec Scripturæ ſenſus, ille quem verba merè Grammaticaliter, & ſecùndùm corticem verborum ſumpta ſignificant, ut dictum ſupra cap. 1. n. 10. & ſtatim clarius oſtendetur. Hoc ſolùm vult S. Thomas in verbis objectis.

6. Dicitur in definitione: *Immediatè*, ſeu ut alii cum S. Thoma: *Per voces*, ut excludatur ſenſus Myſticus, qui non immediatè per voces S. Scripturæ ſignificatur, ſed mediantibus rebus, vel Hiſtoriis prius per voces ſignificatis.

7. Addi

datur ſolum, litteralis ſolum ab immediato Auctore.

Sed infundatè, nam ſi hoc verum foret Senſus Litteralis non eſſet ſenſus Scripturæ ut Scripturæ, ſeu verbi Dei, adeoque non eſſet Divinus, utpote non à Deo intentus, ſed ab homine tantùm; hoc autem aſſerere, eſt vim & authoritatem totius Scripturæ evertere, quæ ſic quoad ſenſum litteralem non eſſet verbum Dei, ſed merum verbum humanum. Deinde (ut poſteà probabimus) ſenſus ſpiritualis ſæpè fuit ab Hagiographo, ſeu Sacro Scriptore intentus; nimirum tunc quando ei præviè revelatus fuit. Econtra verò ſenſus litteralis aliquando non fuit ab immediato Auctore intentus, quia nec cognitus. V.g. 4. Reg. 20. ℣. 1. Iſaias non novit Prophetiam ſuam de morte Ezechiæ fuiſſe tantum comminatoriam, donec ipſi poſtea revelabatur. Idem accidit Jonæ circa illa: *Adhuc 40. dies & Ninive ſubvertetur.*

4. Alii definiunt cum Lyrano in tertio prologo Poſtillæ ſuæ: *Eſt qui per voces in acceptione propria ſignificatur.* Sed videtur Lyranus ibi non deſcribere ſenſum Scripturæ litteralem generaliter, ſed unam tantùm ejus ſpeciem, ſcilicet ſenſum litteralem proprium, ſub quâ conſideratione ſenſum Metaphoricum non vult eſſe litteralem: unde conſequenter ibidem dicit: *Scriptura alicubi non habet ſenſum litteralem propriè loquendo,* v. g. Judicum 9. *Ierunt ligna ut ungerent ſuper ſe Regem. Senſus litteralis eſt propriè qui ſignificatur ſecundum corticem verborum, & talis non eſt hic & in conſimilibus: ſequeretur enim quod ſenſus S. Scripturæ eſſet falſus, quia ligna numquam ierunt.* Eodem modo loquuntur Patres infrà hoc cap. n. 19. & 20.

Metaphoricum ergo reducit ad Myſticum, in quo loquendi modo paſſim omnes ab eo recedunt, & meritò; nam, ut infra videbimus, nullus eſt Locus Scripturæ ſine ſenſu litterali; at loquendo prout loquitur Lyranus, multa Scripturæ loca ſenſu litterali carerent. Deinde ſenſus Metaphoricus eſt verus litteralis, ut ſtatim probabitur. Ad Lyranum verò reſpondendum eſt, aliud eſſe non habere ſenſum litteralem propriè, aliud

non

CAPUT III.
De Senſu Litterali.

1. RECtè notat Angelicus Doctor Lect. 7. in cap. 4. Gal. *in Sacra Scriptura eſt duplex ſignificatio, una eſt per voces, alia eſt per res, quas voces ſignificant. Deus enim ejus auctor, non ſolum voces ad ſignificandum accommodat, ſed etiam res ipſas.* Unde in Scriptura *& voces, & ipſa res ſignificata per eas aliquid ſignificant, & ideo poteſt habere plures ſenſus: nam illa ſignificatio, quâ voces ſignificant aliquid, pertinet ad ſenſum litteralem ſeu hiſtoricum; illa verò ſignificatio, quâ res ſignificata per voces, iterum res alias ſignificant, pertinet ad ſenſum myſticum.* Et quodlibeto 7. art. 14. in Corp. *In S. Scriptura manifeſtatur veritas dupliciter: uno modo ſecundum quod res ſignificantur per verba, & in hoc conſiſtit ſenſus litteralis, alio modo ſecundum quod res ſunt figura aliarum rerum, & in hoc conſiſtit ſenſus ſpiritualis.*

2. Ex his, dictiſque & dicendis patet, ſenſum litteralem non rectè definiri à Joanne Segovienſi: *omnis ille qui à Spiritu Sancto fuit intentus*; eâ enim definitione includitur omnis Scripturæ ſenſus, etiam Myſticus, qui, utpote verus Scripturæ ſenſus, à Spiritu S. pariter intentus eſt: nec pro Segovienſi ſtat S. Thomas, ut patet ex n. 5. hujus capitis; nec etiam ſtant Burgenſis & Alphonſus à Caſtro: nam ſolum docent non ſufficere ad ſenſum litteralem, ſignificari per voces, ſed ulterius ad eum requiri, ut à Spiritu Sancto intendatur; quod verum eſſe patet ex dictis ſupra cap. 1. n. 7. & 10. non verò aſſerunt à Caſtro & Burgenſis, omnem ſenſum à Spiritu Sancto intentum, eſſe litteralem; ſed, ut dixi, nullum eſſe litteralem, niſi à Spiritu S. fuerit intentus.

3. Nec plus valet hæc Aliquorum deſcriptio: *Senſus litteralis eſt, quem auctor immediatus nempe Propheta, Apoſtolus, aut Evangeliſta intendit.* Hi in eo diſtinguunt litteralem & ſpiritualem, quod hic à Deo intendatur

Digitized by Google

Idem docet Alexander Alenſis 1. p. q. 1. n. 4. a. 4. cujus verba habentur infrà cap. 9. n. 3.

13. Agmen & caput hoc claudat *Doctor Angelicus* Quodlibeto 7. art. 15. *S. Scriptura veritatem quam tradit dupliciter manifeſtat: per verba, & per rerum figuras. Manifeſtatio quæ eſt per verba, facit ſenſum Hiſtoricum, ſive Litteralem, manifeſtatio per figuras facit ſenſum Spiritualem.... Veritas autem quam Scriptura per figuras rerum tradit, ad duo ordinatur, ſcilicet ad credendum; & ad rectè operandum: ſi ad rectè operandum; ſic eſt ſenſus Moralis, qui alio nomine Tropologicus dicitur, ſi ad rectè credendum, oportet diſtinguere ſecundùm ordinem credibilium. Ut enim Dionyſius dicit cap. 4. Cœleſt. Hierarch. Status Eccleſiæ medius eſt inter ſtatum Synagogæ, & ſtatum Eccleſiæ Triumphantis. Vetus ergo Teſtamentum figura fuit Novi; Vetus ſimul & Novum figura ſunt Cœleſtium. Senſus ergo ſpiritualis ordinatus ad rectè credendum poteſt fundari in illo modo figurationis, quo Vetus Teſtamentum figurat Novum, & ſic eſt Allegoricus ſenſus. Vel poteſt fundari in illo modo figurationis, quo Novum ſimul & Vetus ſignificant Eccleſiam Triumphantem; & ſic eſt ſenſus Anagogicus.* Ita etiam dividit Hugo de S. Victore lib. de Script. cap. 3. *Eſt Allegoria cùm per id quod ex Littera ſignificatum proponitur, aliud aliquid ſive in præterito, ſive in præſenti, ſive in futuro factum ſignificatur. Dicitur Allegoria quaſi Alieniloquium..... quæ ſubdividitur in ſimplicem Allegoriam, & Anagogen.*

14. Si hanc S. Thomæ, & Hugonis conſiderationem ſequeremur, ſenſus Myſticus immediatè dividendus eſſet in *Moralem* ſeu *Tropologicum*, & *Theoricum*, ſive *ſpeculativum*; Theoricus verò ſubdividendus foret in *Allegoricum* & *Anagogicum*. Sed Auctores communiter aliter conſiderant ſenſum Myſticum, & conſequenter immediatè dividunt, ſcilicet, ut unus agenda doceat, & hic eſt Tropologicus: alter merè credenda, & eſt Allegoricus: tertius autem ſperanda, qui Anagogicus vocatur.

Docti quique hanc Cœleſtem Scripturarum Philoſophiam ſecundum Hiſtoriam, ſecundum Tropologiam, ſecundum Anagogen differendam putarunt. Quapropter HISTORIA *veritatem nobis factorum, ac fidem relationis inculcat.* TROPOLOGIA *ad vitæ emendationem myſticos intellectus refert.* ANAGOGE *ad ſacratiora Cœleſtium figurarum ſecreta perducit. Sunt etiam qui* ALLEGORIAM *in hoc ſcientiæ genere quarto in loco adjiciendam putent, quam geſtorum narrationem futurorum umbram prætuliſſe confirment.*

11. Primus verò qui exactè ut Recentiores diviſit, & locutus legitur, eſt *Abbas Neſteros* Collat. 14. cap. 8. apud *Joannem Caſſianum*, qui fuit *S. Joannis Chryſoſtomi* Diaconus. Is ibidem inducit Neſterotem docentem: *In duas dividitur partes, in hiſtoricam interpretationem, & intelligentiam ſpiritualem...... Spiritualis autem ſcientiæ genera ſunt Tropologia, Allegoria, Anagoge:* deſcribitque ſingula eodem modo, quo Recentiores, ſeu Scholaſtici.

12. Hi unanimi conſenſu illam *Neſterotis* Abbatis diviſionem ſequuntur, poſt Scholaſticorum Principes Alexandrum Alenſem, Albertum Magnum, S. Thomam, S. Bonaventuram, Subtilem Scotum; hic ſcribit Prol. quæſt. 3. n. 1. *Scriptura habet quatuor ſenſus, ſcilicet Anagogicum, Tropologicum, Allegoricum, & Litteralem.* Vide infrà cap. 9. n. 2.

S. Bonaventura idem conſtanter inculcat pluribus locis ſignanter ſermone 13. in Hexæm. in medio: *In Scriptura ſunt quatuor intelligentiæ principales, ſcilicet Litteralis, Allegorica, Moralis, Anagogica.* Et quidem (ut ibidem pulchrè reflectit,) *Sicut ſunt tres Perſonæ in una eſſentiâ, ſic tres intelligentiæ in una ſuperficie Litteræ.* Vide infrà cap. 9. n. 4.

Albertus Magnus 1. p. Tract. 1. q. 3. n. 4. *Quatuor ſunt modi exponendi Scripturam: Allegoricus, Tropologicus, Anagogicus, qui tres ſenſus ſtant in ſenſu Litterali, tamquam in fundamento, & ita ſunt quatuor, & non plures, vel pauciores Scripturæ ſenſus.*

Idem

vocat, *nihil omninò diſcernens inter Allegoriam & Tropologiam*.

9. S. Auguſtinus quatuor (ut putant aliqui) allegat ſenſus S. Scripturæ lib. de utilitate credendi cap. 3. *Omnis Scriptura, quæ Teſtamentum Vetus vocatur, diligenter eam noſſe cupientibus, quadrifariè traditur, ſecundùm Hiſtoriam, ſecundùm Allegoriam, ſecundùm Analogiam, ſecundùm Ætiologiam. Secundum Hiſtoriam capitur, cùm docetur quid ſcriptum, aut quid geſtum ſit, quid non geſtum; ſed tantummodo ſcriptum quaſi geſtum ſit. Secundùm Ætiologiam, quid, qua de cauſa dictum vel factum ſit. Secundùm Analogiam cùm demonſtratur non ſibi adverſari duo Teſtamenta Vetus ſcilicet & Novum. Secundùm Allegoriam cùm docetur non ad litteram eſſe accipienda quædam, quæ ſcripta ſunt, ſed figuratè intelligenda.*

Sed ut iterum bene reflectit noſter Sasbout, non quadruplicem ibi Scripturæ Senſum allegat S. Auguſt. ſed duplicem; *Hiſtoricum* nempe ſeu litteralem, & *Allegoricum* ſive Myſticum; *non enim ibi docet quadruplicem eſſe Scripturæ ſenſum, quòd primâ fronte videtur; ſed Scripturam quadrifariam tractari tradit, videlicet ſecundùm hiſtoriam cùm docetur quid factum ſit, aut non factum, ſecundùm Ætiologiam cùm oſtenditur qua de cauſa ſit factum. Secundùm Analogiam cùm oſtenditur Scripturam Veteris Teſtamenti non adverſari Scripturæ Novi Teſtamenti. Secundùm Allegoriam cùm ex litterali ſenſu intelligitur ſenſus Myſticus: in eo autem quod oſtendimus vel cauſam facti, vel Scripturam non eſſe contrariam Scripturæ, non judicamus ejuſdem Scripturæ eſſe plures ſenſus.* Ita Sasbout.

10. Recentioribus quoad modum loquendi maximè acceſſit, ſi non planè coincidat, *S. Eucherius* Lugdunenſis Epiſcopus, qui floruit ſæculo quinto. Hic in Præfatione ſua ad librum *Formularum Spiritualis intelligentiæ* ita ſcribit: *Corpus Scripturæ Sacræ in literâ ſive* HISTORIA *eſt; anima in* MORALI *ſenſu qui Tropicus* (puto legendum *Tropologicus*) *dicitur. Spiritus in ſuperiore intellectu, qui* ANAGOGE *appellatur*.....

Digitized by Google

quibus accedit *Hugo de S. Victore* lib. 3. de Clauſtro animæ, docens in Refectorio Sacræ Scripturæ tres eſſe menſas, *primam Hiſtorialem, ſecundam Myſticam, tertiam Moralem.* Videntur hi *Myſticum* ſenſum ſumere tam pro eo quem nunc vocamus *Anagogicum*, quam pro eo quem dicimus *Allegoricum*, ſcilicet ut utrumque hunc comprehendat; quæ diviſio planè coincidit cum iſta Recentiorum; ſed horum Patrum myſticus ſenſus, ſive *Theoria*, ſubdividenda eſt in *Allegoriam* & *Anagogiam*, qualiter etiam procedit S. Thomas Quodl. 7. art. 15. & Hugo de S. Victore, quorum verba habes infrà num. 13.

7. Aliter triplicem allegat & diſtinguit S. Hier. Epiſt. 150. ad Hedibiam q. 12. *Triplex in corde noſtro deſcriptio in Regula Scripturarum eſt. Prima ut intelligamus eas juxta Hiſtoriam. Secunda juxta Tropologiam. Tertia juxta intelligentiam ſpiritualem. In hiſtoria eorum quæ ſcripta ſunt ordo ſervatur. In Tropologia de littera ad majora conſurgimus, & quidquid in priori populo carnaliter factum eſt, juxta moralem interpretamur locum, & ad animæ noſtræ emolumenta convertimus. In Spirituali Theoria ad ſublimiora tranſimus, terrena dimittimus, de futurorum beatitudine & cœleſtibus diſputamus, ut præſentis vitæ meditatio umbra futuræ beatitudinis ſit.*

8. Ubi S. Hieronymus (ut reflectit noſter Sasbout) *Tropologiam vocat, quando à littera tranſimus ad Chriſtum, & regnum ejus in terris conſtitutum. Theoriam verò, cùm ex littera conſurgimus ad Chriſtum, & regnem ejus in Cælis triumphans.* Hoc eſt per *Tropologiam* intelligit noſtram Allegoriam & Tropologiam, ſeu ſenſum tam Allegoricum quàm Moralem Recentiorum, at per *Intelligentiam ſpiritualem* ſeu *Theoriam*, noſtram *Anagogiam.* Notat verò idem Sasbout, quod *S. Hieronymus in commentariis ſuis generalius eâ voce* (Anagogia) *utatur, Anagogen vocans omnem ſenſum Myſticum*, quem etiam (eodem Sasbout reflectente) paſſim in eiſdem commentariis Hieronymus *Tropologiam*

3. Etiam notandum, hos quatuor ſenſus applicari quatuor primariis Eccleſiæ Latinæ Doctoribus, eò quod ſinguli in ſingulis his exponendis ſpecialiter excelluerint, hic in uno, alter in altero, videlicet S. *Hieronymus* in Litterali, S. *Ambroſius* in Allegorico, S. *Auguſtinus* in Anagogico, S. *Gregorius* in Morali ſeu Tropologico, qui ubique facit, quod faciendum admonet Hom. 21. in Evang. *Sic quippe neceſſe eſt ut audiamus, quæ lecta ſunt, quatenus cogitemus etiam, quæ nobis ſint ex eorum imitatione facienda.*

4. Inſuper reflectendum, quod SS. Patres de ſenſibus Sacræ Scripturæ loquentes, non omninò exactè Regulas diviſionum ſervarint, ſed ſæpè aliter in hac materia locuti fuerint, non tam in re ipſa differentes, quàm in modo loquendi; quod notandum eſt, ne quis turbetur aut hæreat, dum SS. Patres legens, alio modo ipſos loqui de ſenſibus S. Scripturæ, animadverterit, quàm habeat uſus modernus.

5. In primis S. *Dionyſius Areopagita* (vel quiſquis eſt Auctor libri) de cæleſti Hierarch. cap. 2. *Origenes* lib. 4. Periarchon cap. 2. S. *Baſilius magnus*, S. *Gregorius Nazianzenus*, S. *Auguſt.* S. *Hieronymus* (ut ait noſter Sasbout, à Bellarm. recog. operum ſuorum pag. 15. *accuratiſſimus Scripturæ Interpres* appellatus, in Prologo ad Comment. in Iſaiam) *non agnoſcunt niſi duos Scripturæ ſenſus, litteralem & Spiritualem, quem variis appellant nominibus, nunc Allegoriam, nunc Tropologiam, nunc Anagogen, nullo tamen diſcrimine; quod diligenter apud eos, & præcipuè apud Hieronymum obſervandum eſt.* Idipſum notaverat S. Thomas lect. 7. in caput 4. Gal. *Allegoria ſumitur aliquando pro quolibet myſtico intellectu, aliquando pro una tantùm ex quatuor, qui ſunt Hiſtoricus, Allegoricus, Myſticus,* (puto legendum *Tropologicus*) *& Anagogicus.*

6. S. *Cyrillus Alexandr.* lib. 5. in Levit. com. 1. & S. *Gregorius* lib. 16 Moral. cap. 10. tres Scripturæ ſenſus conſtituunt: *Hiſtoricum, Moralem, Myſticum,* quibus

12. Verbum *ſignificat* in definitione importat aptitudinem proximam, non actum: nam ſignificatio illa, ſeu vis ſignificandi, atque adeò ſenſus, ineſt verbo, vel ſcripto, prout generaliter omni ſigno, licet nullus actu percipiat, modò verba proximè, ſeu ſecundùm præſentem vocum inſtitutionem, apta ſint talem ſenſum in audiente generare.

13. Dicitur denique: *Immediatè vel mediatè*; propter duplicem ſenſum S. Scripturæ, nempe litteralem, qui immediatè per verba ex intentione Dei ſignificatur; & myſticum, qui ſolùm ſignificatur mediante litterali ſignificatione.

CAPUT II.

Multiplex Diviſio Senſus Sacræ Scripturæ.

1. VIdimus præcedenti Capite quomodo Senſus S. Scripturæ definiatur, nunc videndum eſt qualiter dividatur. Rigoroſas autem Regulas bonæ Diviſionis ſequendo, dividitur primò ſenſus S. Scripturæ in *immediatum & mediatum*. Prior vocatur *Litteralis*, atque etiam *Hiſtoricus*; poſterior *Spiritualis*, item *Myſticus*. Litteralis ſubdividitur in *Proprium*, & *Metaphoricum*. Spiritualis in *Allegoricum*, *Anagogicum*, *Tropologicum*, ſeu *Moralem*; de quibus omnibus infra per ordinem agemus.

2. Nunc ſufficiant hæc S. Thomæ Quodl. 7. art. 15. *Auguſt. dicit in 1. ſuper Gen. ad Litt. In omnibus Libris Sanctis oportet intueri, quæ ibi æterna intimentur, quæ ibi facta narrantur, quæ futura prænuntiantur, quæ agenda præcipiuntur. Primum pertinet ad ſenſum Anagogicum, ſecundum ad Hiſtoricum, tertium ad Allegoricum, quartum ad Moralem, ergo quatuor ſunt ſenſus Sacræ Scripturæ.* Hos congruè deſcribunt hi duo vulgati verſiculi:

LITTERA *geſta docet; quid credas* ALLEGORIA,
MORALIS *quid agas, quò tendas* ANAGOGIA.

 3. Etiam

& legenti; quod audienti vox ore prolata.

9. His prænotatis poteſt ſatis congruè Senſus S. Scripturæ in generali definiri hoc modo: *Senſus S. Scripturæ eſt illa veritas ſeu ſententia, quam verba S. Scripturæ ex intentione Dei immediatè, vel mediatè ſignificant.* Vel (quod idem eſt) etiam ſic: *Senſus Sacræ Scripturæ eſt illud, quod per verba Sacræ Scripturæ immediatè vel mediatè ſignificatur ex intentione Dei.*

Dicitur: *Veritas vel ſententia quam verba ſignificant*, ſive *Id quod per verba ſignificatur*, quia ſenſus hic ſumitur paſſivè, qualiter in hac materia ſumunt ordinariè Patres, Theologi, Interpretes. Vide dicta n. 5. Unde & breviſſimè poteſt deſcribi: *Senſus Sacræ Scripturæ eſt ſignificatio verborum S. Scripturæ à Spiritu S. intenta.*

10. Addidi: *Ex intentione Dei*, quia inquirimus de ſenſu S. Scripturæ, ut S. Scriptura, ſeu Verbum Dei eſt; adeòque de ſenſu ſive ſententiâ, quam Deus per illa verba ſcripta ſignificare intendit; non verò de aliquo alio peregrino ſenſu, vel ſententia, aut intellectu, qui pro arbitrio legentis, aut ejus errore, ex Scripturæ verbis elici poteſt. Hoc eſt: Non attenditur ſimpliciter ſenſus verborum, ut verborum, ſed ut verborum à tali loquente procedentium cum intentione ſignificandi aliquid determinatè unum vel plura.

11. Niſi enim hoc dicamus multa loca S. Scripturæ eſſent falſa, cùm multa niſi metaphoricè acciperentur, ſenſum falſum vel abſurdum continerent v.g. hæc: *Comederunt Jacob.* Pſalm. 78. 6. & Jerem. 10. 25. *Ego ſum vitis vera.* Joannis 15. 1. *Catulus Leonis Juda.* Gen. 49. 9. *Cavete à fermento Phariſæorum.* Math. 16. 6. *Ierunt ligna ut ungerent ſuper ſe Regem.* Judic. 9. 8. Sed hæc, & his ſimilia non debemus intelligere ſecundùm omnem ſenſum, quem verba important; ſed ſecundùm eum, vel eos tantum, quem, vel quos loquens, ſcilicet Deus intendit, qui veriſſimi in his & ſimilibus, minimèque abſurdi ſunt, ſed metaphorici, ut infra dicemus.

11. Ver-

Digitized by Google

verba ſignificant eſt ejus ſenſus. Id quod diximus, clarè docet S. Thomas infrà cap. 3. n. 17. atque etiam his verbis q. 4. De potentia: *Omnis veritas, quæ poteſt ſalvâ litteræ circumſtantiâ Divinæ Scripturæ aptari, eſt ejus ſenſus.*

6. Porrò notandum tria inter ſe admodum connexa per vocem *Senſus* hîc connotari, & aliquo modo ſignificari. Primò veritas ſeu ſententia, quam verba ſignificant. Secundò conceptus qui in mente loquentis correſpondet verbis illam ſententiam à loquente intentam ſignificantibus. Tertiò conceptus audientis conformis conceptui loquentis, quem de ſententia ſignificata per verba formamus: & quidem licet antecedenter ad illud verbum jam in Scriptura Senſus ſit; non tamen ſine illo nos S. Scripturæ Senſum habemus ſeu cognoſcimus.

7. Præmeditatè autem non feci hactenus mentionem conceptûs & intentionis loquentis, quia licet ea intentio verè ſpectanda ſit ut habeamus genuinum ſenſum à loquente intentum; attamen alicujus verbi ſenſus latius patêre poteſt, & ab eâ intentione præſcindit; neque ab illâ dependet; quod patet experientiâ manifeſtâ, dum v. g. aliquo pronuntiante verbum æquivocum aut metaphoricum, alius ſophiſticè arguit relictâ eâ ſignificatione vel Metaphorâ, quam loquens intendit. Exempli cauſa, dicat aliquis: *Æthiopem lavas*, alter replicet: falſum dicis, nam nec aquam habeo, nec adeſt Æthiops, quem lavem. Excuſabit ſe primus & dicet: verum eſt, illa verba mea hoc quidem ſignificant, ſed licet etiam hunc ſenſum habeant, non tamen hoc ſenſu ſumo; ſed alio, nempe Metaphorico, quo ſignificant: In vanum laboras. Idem patet in omni locutione æquivoca, dum loquens tantùm unum è pluribus ſenſibus intendit.

8. Quæ jam de vocibus diximus reſpectu audientis, pariformiter per omnia intelliguntur de Scriptura reſpectu legentis; nam Scriptura vocis vicaria eſt, propter quod definitur. *Vox ſcripta*, idem præſtans videnti

Digitized by Google

1. Cor. 2. 16. *Quis cognovit* SENSUM *Domini?* Græcè tum his, tum duobus ſequentibus locis eſt νοῦν *Mentem*. Item Rom. 14. 5. *Unuſquiſquè in ſuo* SENSU *abundet*. 1. Cor. 10. *Ut ſitis perfecti in eodem* SENSU. Deniquè Sap. 9. 17. SENSUM *tuum quis ſciet niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de altiſſimis*. ubi Græcè βουλὴν *Conſilium*.

4. Quoniam verò Vocibus & Scripturis ſenſum noſtrum, ſeu mentem atque conceptum proximo noſtro manifeſtamus; ideò etiam Vocibus tum ſcripto exaratis, tum ore prolatis dicitur ineſſe *Senſus*; & hinc nomen *Senſus* pariter tribuitur ipſis ſignificatis, & ſignificationi Vocum, aut Scripturarum, ita ut vocem habere hunc vel illum *Senſum*, non ſit aliud, quàm vocem hoc vel illud ſignificare, ſive habere hanc vel illam ſignificationem: ita videtur ſumi vox *ſenſus* Apoc. 17. 9. *Hic eſt* SENSUS, *qui habet ſapientiam: ſeptem capita ſeptem montes ſunt*, hoc eſt, ſignificant; clariſſimè autem Dan. 5. 15. *Introgreſſi ſunt in conſpectu meo Sapientes Magi ut Scripturam hanc legerent, & interpretationem ejus indicarent mihi, & nequiverunt* SENSUM *hujus ſermonis edicere*.

5. Itaque in præſenti materiâ idem ſunt vocis *Senſus*, & vocis *ſignificatio*, nempe nominalis, ſive paſſiva, ſive id quod ſignificatur per vocem, adeoque *Senſus* eſt ipſa ſententia vel objectum, quam vel quod verba ſignificant, ſeu cujus notitiam nata ſunt in intellectu audientis producere; ac proinde *Senſus verbi eſt, id quod ſignificatur per verbum*.

Nam evidenter idem eſt ſive dicam: Hic eſt ſenſus talis verbi, ſive dicam: Hoc ſignificatur per tale verbum. Adeoque ſenſus verbi, vel orationis eſt ipſum objectum verbi ſive orationis ſeu dictæ, ſeu ſcriptæ, idquè non nudè ſpectatum, ſed conſideratum prout natum eſt, ſeu aptum per verbum ſive orationem ſignificari, ſeu (quod idem eſt) intellectui audientis innoteſcere, & repræſentari. Sicuti ergo ipſe homo eſt ſignificatum vocis *homo*, & ejus ſenſus, ſic illud quod verba

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM

De ſenſu Sacræ Scripturæ in generali.

1. VOcabulum *Senſus* diverſimodè ſumitur, ſeu diverſa ſignificat, etiam in ipſa Scriptura, idque pro diverſitate Materiæ, quæ tractatur. Primò accipitur ſatis communiter & propriè pro facultate animæ, quâ objecta ſenſibilia apprehenduntur, ſeu pro potentia ſenſitiva, tum internâ, tum externâ. Hoc ſenſu ſumendo vocem *ſenſus*, dantur quinque ſenſus externi: Viſus, auditus, guſtus, odoratus, tactus; unus etiam internus dictus Phantaſia, aut Imaginatio. Ita ſumitur 2. Reg. 19. 35. *Numquid vigent* SENSUS *mei ad diſcernendum.* &c. item Judith 14. 14. *Cum nullum motum jacentis* SENSU *aurium caperet.*

2. Sumitur etiam ſæpiſſimè in Scriptura vox *Senſus* pro ſcientia, ſapientiâ, intelligentiâ. Hoc ſenſu dicitur de primis Parentibus Eccli. 17.6. SENSU *implevit* Deus *cor illorum*. Salomon Sap. 7.7. *Optavi & datus eſt mihi* SENSUS. Græcè *φρόνησις Prudentia*. Eccli. 10.3. *Rex inſipiens perdet populum ſuum, & civitates inhabitabuntur per* SENSUM *potentium*, ubi in Græco eſt *σύνεσις Intelligentia*, prout etiam Eccli. cap. 3. 15. cap. 5.12. cap. 14. 22.

3. Tertio ſatis uſitatè ſumitur vox *Senſus* pro mentis conceptu, maximè pro opinione, judicio, aut decreto alicujus de re aliqua. Sic ſolemus propoſitâ quæſtione quâpiam interrogare; *Quid ſentis de illâ re?* Reſolvendo autem dicere: *Ita ego ſentio*; unde & *ſententia* nomen derivatur. Hoc modo accipitur. Rom. 11.

telligantur non benè, & quod in eis non benè intelligitur, etiam temerè & audaſter aſſeritur.

Meritò proinde Chriſtus jamjam iturus ad Patrem, Apoſtolis ſuis (quos mundi totius inſtituebat Doctores atque Magiſtros) *aperuit ſenſum ut intelligerent Scripturas.* Luc. 24. 45. Utinam pariter Spiritus Sancti gratia illuminet ſenſus & corda noſtra, atque ita utiliter eas & nobis, & aliis legentes, juxta quod nos docent, ſimus *Veritatem facientes in Charitate.* Eph. 4.

Interim quia *Dei ſumus adjutores.* 1. Cor. 3. 9. *Ut cooperatores ſimus Veritatis.* 3. Joannis ℣. 8. Ut ad veram Scripturæ intelligentiam me ipſum juvarem, & alios, præſens de ſenſibus Sacræ Scripturæ confeci opuſculum, quod quantæ utilitatis ſit non ſolis Sacræ Scripturæ Studioſis, ſed etiam Divini Verbi Concionatoribus, imo ipſis S. Theologiæ Profeſſoribus, abundè manifeſtant, vel ea ſola quæ ſtatim initio hujus Præfationis dixi.

Habes hic Benevole Lector, quantum tenuitas mea potuit, clarè digeſtum, quidquid de Senſibus S. Scripturæ ſcitu neceſſarium eſt, & utile. Inſuper ne quid deeſſet, quod à piè curioſo S. Scripturæ amatore, in hac materia poſſet deſiderari, Appendicem adjeci de *Cabala Judæorum*, in quâ plura nec omnino contemnenda, nec injucunda reperies.

Hoc Medullitus exopto, ut qui olim Act. 16. 4: *Aperuit cor Lydiæ intendere his, quæ dicebantur à Paulo*, etiam humili miniſterio ſcriptorum meorum, *Adaperiat cor veſtrum in lege ſuâ, & det vobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem corde magno & animo volenti.* 2. Mach. 1. 3. Etenim Domine *ſenſum tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de altiſſimis?* Sap. 9. 17.

CA-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Quæcumque Scripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam, & conſolationem Scripturarum, ſpem habeamus. Rom. 15. 4. Etenim *omnis Scriptura Divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.* 2. Timoth. 3. 16. *Sacræ Litteræ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu.* Ibid. ꝟ. 15. Hinc *Fons Sapientiæ Verbum Dei.* Eccli. 1. 5. Et *infinitus Theſaurus eſt hominibus.* Sap. 7. 14. At *Sapientia abſcondita, & Theſaurus inviſus* (hoc eſt *inconſpectus, quem nemo novit illo in loco eſſe reconditum*; in Græco enim eſt ἀφανὴς *Non-apparens*, latens, quem nemo novit, eo loco deliteſcere,) *quæ utilitas in utriſque?* Eccli. 20. 32. *Quia & ipſæ Scripturæ Sanctæ* (ut reflectit Aug. Epiſt. 222.) *niſi eas rectè intelligas, utiles tibi eſſe non poſſunt; omnes enim Hæretici, qui eas in authoritate recipiunt, ipſas ſibi videntur ſectari, cum ſuos potius ſectentur errores; ac per hoc non quòd eas contemnant, ſed quòd eas non intelligant, Hæretici ſunt. Neque enim* (eodem teſte Tract. 18. in Joan.) *nata ſunt hæreſes, & quædam dogmata perverſitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, niſi dum Scripturæ bonæ in-*

pitis; cum verò eadem Humilitas Tua & Modeſtia me prohibeant ne magna, quæ de Te verè dici poſſunt, enarrem; illis ſilentio preſſis, exopto ut Deus Optimus Maximus A. D. V. Abbatiæ ſuæ in temporalibus & ſpiritualibus tam utilem, tam neceſſarium, multis annis ſervet incolumem, ut diſciplina Regularis, & obſervantia Religioſa, quæ A. D. V. providâ directione, & vivo exemplo viget ac floret; ſtabilis atque inviolata perſeveret, & magis magiſque indies accreſcat. Dabam Lovanii Sabbato Sancto Anni 1704.

AMPL.ME AC REV.ME DOMINE,

R. V. A. Humillimus Servus

F. HENRICUS DE BUKENTOP
Frater Minor.

Digitized by Google

AMPLISSIMO
AC
REVERENDISSIMO
DOMINO
D. ANTHONIO PINCHART
Celeberrimæ Villarienſis Abbatiæ
PRÆSULI DIGNISSIMO.

AMPL.ME AC REV.ME DOMINE,

PAtere ut Amplitudini Tuæ *præſens offeram munuſculum, non ut exolvam debitum, quo me A.D.V. plurimum obſtrictum ſcio; ſed ut hoc quaſi Homagio me debitorem Veſtrum ingenuè fatear.*

Confidentiam mihi præſtat nota Tua benignitas & humilitas, quâ (licet Ipſe magnus ſis) parva tamen non deſpicis;

Digitized by Google

Digitized by Google

N. 7.

TRACTATUS DE SENSIBUS S. SCRIPTURÆ ET Cabala judæorum

AUCTORE
F. HENRICO DE BUKENTOP
Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum
S. Theologiæ Lectore Jubilato, Provinciæ Germaniæ Inferioris Diffinitore.

Aperuit illis ſenſum ut intelligerent Scripturas. *Luc.* 24. ℣. 45.

Proſtant LOVANII,
Apud ÆGIDIUM DENIQUE 1704.
Cum Approbatione.

Digitized by Google

FACULTAS.

TEnore præſentium Facultatem concedo A.V.P. F. HENRICO DE BUKENTOP, S. Theol. Lectori Jubilato, & Provinciæ noſtræ Germaniæ Inferioris Definitori, ut, ſervatis de jure ſervandis, prælo committat Libellum à ſe compoſitum, cui titulus: *Medulla Tritici, ſive ſubſtantia totius S. Scripturæ verſibus comprehenſa.* Datum Lovanii in Conventu noſtro FF. Minorum Recollectorum 21. Auguſti 1703.

F. ISAACUS SCHRYNMAECKERS
Miniſter Provinciæ.

APPROBATIO.

Eſuris, & Sacro reſici vis Carmine Lector?
Hocce BUKENTOPII *volve libenter opus.*
Dat tibi Triticeam, *quam dat Deus ipſe* Medullam.
Paſcere: dulce tibi fiet in ore melos.

F. LUDOVICUS DE POTTERE S.T. Lector.
F. OTTHO VAN DALEM S.T. Lector.
F. MATHIAS GROUWELS S. Script. Lector.

CENSURA.

Omne tulit punctum, quia miſcuit utile dulci:
Meretur ergo publicam lucem liber.

HERM. DAMEN S. T. Doct. & Prof. Regens, Decanus S. Petri Lovanii, Librorum Cenſor.

Lovanii hac XI. *Septemb.* 1703.

Digitized by Google

13 *Prima Deum ſpernens devincit beſtia Sanctos,*
Nomen habet numeri: mira ſecunda patrat.
14 *Virgo ſequens Agnum. Cecidit Babel, eſtq; beatus*
In Domino moriens. Tum duo falce metunt.
15 *Glorificant Dominum per quos eſt beſtia victa.*
E ſeptem phialis defluet ira Dei.
16 *Quiſque ſuam phialam diffundit ut Angelus, omnes*
Septena plagæ mox ferière malos.
17 *Compta Babel meretrix, blaſphema, perebria ſancto*
Sanguine, quam portat Beſtia: quæ ſit ea.
18 *Interitus Babylon magnæ meretricis, amarè*
Hinc dolet illius quiſquis amicus erat.
19 *Agno ſponſa datur; ſequiturq; exercitus albus*
Verbum; *cum ſociis Beſtia ſæva perit.*
20 *Mille Satan annis vinctus, poſt incitat & Gog,*
Et Magog, hique cadunt: judicat inde Deus.
21 *Gaudia juſtorum: torquebitur igne ſceleſtus:*
Agni eſt Jeruſalem ſponſa decora, nova.
22 *De fluvio, & ligno Vitæ. Nox non erit ultra.*
Chriſtus ait: Venio en illico; ſponſa: Veni.

FINIS.

GLORIA PATRI, ET FILIO, ET SPIRITUI S.

Gloria ſit Patri, Nato ſit Gloria, Sancto
Gloria Spiritui ſemper, & una Tribus.

AMEN.

Digitized by Google

1 *GAudet quòd Gajus ſit candidus atque benignus:*
Non ita ſunt omnes: ſperat adeſſe brevi.

B. JUDÆ.

1 *ACceptam retinete Fidem, vitate ſceleſtos:*
Fœdè luxuriant, perpetuùmque luent.

APOCALYPSIS.

1 *SEptem tum ſtellas, tum candelabra Joannes*
Vidit: erat medius Chriſtus & inter ea.
2 *Prælati Smyrnæ, Thiatyræ, Pargameuſque,*
Ac Epheſi monita hîc congrua quiſque refert.
3 *Accipiunt Sardis, Philadelphia, Laodicia*
Hîc pro Præſulibus dogmata ſacra ſuis.
4 *Viginti quatuorque ſenes, animalq́ quaternum,*
Ter Sanctus *clamant jugiter ante Thronum.*
5 *Occiſus libri ſignacula ſolvit ut Agnus,*
In cœlo laudes agmina ſancta canunt.
6 *Tres equites in equis variis, deìn pallidus in quo*
Mors ſedet. Expectet Martyr. Amara dies.
7 *Angelus immunes ſignatos nuntiat omnes,*
Atque Agni quorum ſanguine lota ſtola.
8 *Quiſq́ tubam propriam quadrinus ut Angelus inflat,*
Quadruplici plagâ terra repentè luit.
9 *Dum tuba quinta ſonat puteo exit dira locuſta:*
Tertia pars hominum, dum tuba ſexta, perit.
10 *Amplius haud tempus fore dum tuba ſeptima clanget,*
Angelus hîc jurat, datque vorare librum.
11 *Henoch, & Elias veniunt, quos beſtia cædit,*
Deìnde reviviſcunt: ſeptima flatque tuba.
12 *Fœmina parturiens fugit inſidiante Dracone:*
Vincitur & pugnans cum Michaële Draco.

13 *Prima*

2 *Simus ùt infantes, Chriſto lapidique revincti:*
Nos genus electum, gloria noſtra pati.
3 *Subdita ſit mulier, quam vir amet: optima agamus*
Nos, quos Baptiſmus ſalvat, ùt arca Noë.
4 *Crimina vitetis, precibuſq; inſtate, & amori.*
Turpe pati nequam, gloria ſi bonus es.
5 *Forma gregis ſenior, juvenis ſit ſubditus, omnes*
Sint humiles, vigilent, ùt leo Satan adeſt.

PETRI II.

1 *MAxima ſunt nobis data; certa vocatio fiat*
Per bona facta: brevi mors mihi, noſco, manet.
2 *Pſeudo-prophetarum mala dogmata, crimina, pœna:*
In quibus ùt Sodoma, quas imitantur, erunt.
3 *Adveniet Judex ùt fur, eſtote parati.*
Ardebit mundus; poſt renovatus erit.

JOANNIS I.

1 *NOs incarnatum Verbum tractavimus, atque*
Vidimus; eſt Jeſus ſanguine cuncta pians.
2 *Peccaſti? Eſt Chriſtus Mediator. Dilige Patrem,*
Non mundum. Sint qui in luce, quis in tenebris,
3 *Chara Dei ſoboles ſunt juſti. Dæmone ſatus*
Improbus. Eſt opere, haud ore probandus amor.
4 *Quæ proba ſpirituum. Deus ùt prævenit amando,*
Nos redamemus eum: cedit amore timor.
5 *Noſtra Fides vincit mundum: tria teſtificantur*
Chriſto: credenti vita beata datur.

JOANNIS II.

1 *ELectam laudat, Natoſq; Fidemq;, & amorem*
Excitat; ut caveant Hæreticoſque monet.

Digitized by Google

6 *Non ſupereſt lapſis aliud Baptiſma, ſed ira:*
Vos ſperate, Dei ſtat data firma fides.
7 *Inferior Chriſti eſt Aaronis Pontificatus:*
In lumbis Levi nam decimatus erat.
8 *Quanta miniſterii ſit præcellentia Chriſti.*
Antiquata vetus Lex, nova namque data.
9 *Quale Tabernaclûm Moyſis. Mundatio carnis*
Legis opus: Chriſtus ſanguine cuncta lavat.
10 *Umbra futurorum Lex. Unica victima Chriſti*
Sanctificat. Stemus Speque, Timore, Fide.
11 *Laus Fidei, ſine quâ Domino quit nemo placere.*
Splendida Sanctorum facta operante Fide.
12 *Ex Chriſti factis parêre, patique docemur.*
Præmia magna piis, imminet ira malis.
13 *Exercete bonum, mala declinate, cavete*
Falſa, ſit & vobis gratia ſemper. Amen.

EPISTOLA S. JACOBI.

1 *TEntari prodeſt. Deus omnia, & optima donat.*
Factor, & auditor ſis. Bona Relligio.
2 *Cunctorum reus eſt, vetitum qui fecerit unum:*
Juſtificant opera. Eſt mortua ſola Fides.
3 *Nemo domare poteſt linguam, quæ peſſima cauſat.*
Quæ Sapientia ſit terrea, quæque poli.
4 *Bella cupido cit, & lites. Superare malignum,*
Atque Deo ſubdi, pluraque ſancta monet.
5 *Divitibus væ! Sis patiens, jurare caveto:*
Preſbyter infirmos unge, maloſque reduc.

PETRI I.

1 *NOs Deus ad cœlum vocat, & tribulatio purgat.*
Sit ſalvis Chriſti ſanguine vita piis.

2 Si-

1 HOrtor ut inſiſtas benè cœptis præmia ſperans:
Sic ego deſertus, compede vinctus ago.
2 Eſto bonus miles, verbis contendere noli:
Virtutem quæras, vaniloquoſque fuge.
3 Advenient nequam Jannem Mambremq́ ſequentes:
Noſti Scripturas utilitate graves.
4 Argue, carpe, roga, vigila, multumq́ labora:
Jam delibor ego: juſta corona manet.

AD TITUM.

1 QVales Preſbyteri debent, & Epiſcopus eſſe.
Cres piger, & mendax. Omnia munda bonis.
2 Pro variis ſtatibus bona dogmata: Gratia monſtrat,
Vita ſit ut cunctis ſobria, juſta, pia.
3 Unica nos Domini fecit miſeratio ſalvos.
Verborum pugnas, Hæreticoſque fuge.

AD PHILEMONEM.

1 SErvum mitto tuum, benè ſuſcipe poſco Philemon:
Frater enim tibi nunc, filius eſtq́ meus.

AD HEBRÆOS.

1 LEx nova præcellit veterem, quia Chriſtus Ieſus
Filius, eſt famulis dignior Angelicis.
2 Qui violat Legem Moyſis luit; acrius ergo
Qui Chriſti; hic noſter frater, origo boni.
3 Inferior Chriſto Moyſes, nam ſervus hic, ille
Filius, hunc, requie ne ſpolieris, ama.
4 Non obduremur requiem ſi intrare velimus.
Sermo Dei vivus: gratia adite thronum.
5 Ordine Melchiſedech ſtat Chriſti Pontificatus:
Pro ſe, pro nobis obtulit ille preces.

6 Non

1 *LAus Domino, qui vos tantâ virtute replevit,*
Forma ſit ut cunctis fervida veſtra Fides.
2 *Quàm benè vos docui noſtis, quàm corde paterno:*
Plurima vos paſſi. Sunt mea verba Dei.
3 *Timotheum miſi ne vos tribulatio frangat:*
Conſtantem veſtram gaudeo ſcire Fidem.
4 *Pellite luxuriam, dilectio mutua vivat.*
Defuncti ſurgent, ne doleatis eos.
5 *Ut fur ſic veniet Judex, eſtote parati:*
Exercete bonum, cuncta cavete mala.

AD THESSALONICENSES II.

1 *LÆtor in adverſis virtutes creſcere veſtras:*
Maxima vos remanet gloria, pœna malos.
2 *Nondum finis adeſt mundi, diſceſſio fiet,*
Deînde Antichriſtus debet adeſſe prius.
3 *Poſco preces, vitate malos: qui non operantur,*
Hi neque manducent, corripiatis eos.

AD TIMOTHEUM I.

1 *INſtrue non fabulis intendere, ſed pietati;*
Non data lex juſto, ſtringit at illa malos.
2 *Pro omnibus orandum, nam ſalvos vult Deus omnes.*
Ornatum ſpernas fœmina, diſce tacens.
3 *Qualis & Antiſtes, qualiſque Diaconus eſſe*
Debent. Eccleſia eſt firma columna boni.
4 *Conjugium, certoſq; cibos prohibere malignum.*
Cuncta valet pietas. Sis bona forma tuis.
5 *Qui viduas, & anus doceas, juveneſq; ſeneſque,*
Presbyteroſque regas, corripiaſque malos.
6 *Servus hero pareat, fuge falſiloquos, & avaros;*
Conſule divitibus, depoſitumque tene.

AD

1 *NOs Deus elegit per Chriſtum maxima donans;*
Prætulit hunc cunctis, conſtituitq́ caput.
2 *Qui quondam procul, & peccatis mortui eramus,*
Per Chriſtum vivi nunc ſumus, atque prope.
3 *Participare Dei Gentes promiſſa revelat,*
Et quòd ſit Chriſti longus, & altus amor.
4 *Una Fides, Baptiſma, Deus: data munera multa,*
Exuto veteri veſtiat alter homo.
5 *Luxuriam vitate, Deumq́ imitemini, & Hymnos*
Pſallite: compartem vir amet, oro, ſuam.
6 *Officium Nati, Servi, Dominique, Patriſque.*
Ne ſuperent hoſtes induite arma Dei.

AD PHILIPPENSES.

1 *PErficiat bona cœpta Deus: Mea gaudeo proſint*
Vincula quòd fidei. Sunt mihi lucra mori.
2 *Cuncta genu flectant in Jeſu Nomine. Sancti*
Sitis. Timotheum mittere ſpero, ſequar.
3 *Omnia præ Chriſto mihi ſtercora; quæro bravium.*
Queîs Deus eſt venter, quæſo, cavete ſequi.
4 *In Domino fratres ſtate, & gaudete, ſequentes*
Optima. Ferre ſcio proſpera, ferre mala.

AD COLOSSENSES.

1 *QVi vos eripuit tenebris confirmet Iëſus:*
Cunctorum caput hic, ſumq́ miniſter ego.
2 *A Chriſto ad Legem moveat vos nemo ſophiſmis:*
Prædam Orci Chriſtus, Chirographumq́ tulit.
3 *Quærite quæ ſurſum, veterem deponite mentem.*
Regula pro variis. Nomine Jeſu agite.
4 *Poſco preces, ſitis cauti, ſale ſermo refertus*
Sit: quæ nunc ſcribo Laodicia legat.

Digitized by Google

5 *Diſſolvi cupio. Standum Chriſti ante tribunal.*
Mortuus omnis, eis mortuus unus enim.
6 *Ne vacua in vobis ſit gratia tempore grato,*
Nec cum perverſis ducite quæſo jugum.
7 *Quidquid nos maculat caveamus. Gaudeo quòd vos*
Triſtarim; nam ſic plurima facta bona.
8 *Sicut Macedones, ſic vos aſſiſtite quæſo*
Pauperibus Solymæ: Titus ad iſtud adeſt.
9 *Largiter oro ſtipem date, nec timeatur egeſtas:*
Parcus parca, ſerens largiter ampla metet.
10 *Militia noſtra arma valent devincere quidvis.*
Ut diſtans, præſens ſic quoque Paulus ero.
11 *A vobis nihil accipiam. Ne Pſeudo-miniſtris*
Credite, ſe jactant: cernite qualis ego.
12 *Me, licet in Cœlo fuerim, malus Angelus angit.*
Vos, non veſtra volens, opto videre bonos.
13 *Crimina vitantes (quia non cùm venero parcam)*
Concordes, ſancti ſitis, id oro Deum.

AD GALATAS.

1 *VOs docui, quæ me Chriſtus, cur deſeruiſtis?*
Sum Doctor Fidei, qui prius hoſtis eram.
2 *Quæ Gentes doceo Petrus reliquiq; probarunt.*
Corripui Cepham. Lex veterata vetus.
3 *Nos, Abrahamq; Fides, & non Lex juſtificavit:*
Lex fuit ad Chriſtum ſola magiſtra via.
4 *Lex ut tutor erat, nunc filius exulet Agar;*
Heres nam Saræ filius unus erat.
5 *Non patitur Legem Chriſtus, neque Spiritus acta*
Carnis: qui fructus ſint utriuſque refert.
6 *Alterius ferat alter onus: benè agamus habentes*
Tempus, Crux Chriſti gloria ſola mea.

Digitized by Google

6 *Cur lites agitis? Nullus potietur iniquus*
Cœleſti regno. Luxuriam fugite.
7 *Conjugii quæ Lex, quod onus. Non mando, ſed hortor*
Ut celebs ſtudeas Virgo placere Deo.
8 *Veſci Idolothytis licet; aſt ubi ſcandala ſubſunt,*
Aut vetitum dictat mens; ea nullus edat.
9 *Debita ſint quamvis, ego nulla ſtipendia ſumam.*
Pro palmâ in ſtadio currite, curro quoque.
10 *Pœna Judæorum doceat peccata cavere.*
Quidquid agis, Deus ut glorificetur age.
11 *Non vir, ſed mulier caput obtegat. Ite probati*
Ad menſam Domini; mors ea namq; malis.
12 *Singula dat variis Chariſmata Spiritus unus:*
Diverſa in toto corpore membra ſumus.
13 *Cetera nil proſunt, mihi ſi dilectio deſit:*
Pravalet hæc cunctis, ſemper & illa manet.
14 *Abſque prophetia minus eſt, & inutile donum*
Linguarum. In cœtu fœmina quæque tace.
15 *Surrexit Chriſtus, tandem ſurgemus & omnes:*
Non tamen æquales: Mors inimica ruet.
16 *Adveniam: fiant Collectæ, Timotheoque*
Sit bene: Salvete, & ſemper amate Deum.

AD CORINTHIOS II.

1 *NOs clemens Dominus ſolatur maxima paſſos:*
Nec Chriſti: Eſt & Non; *nec mea verba ſo-* *(nant.*
2 *Non veni ne vos contriſtans triſtior eſſem:*
Cerrectum ſolvo: Chriſti odor exto bonus.
3 *Non egeo commendari. Myſteria Chriſti*
Velata Hebrais ſunt, ſed aperta piis.
4 *Nota Fides cunctis, niſi quos vecordia cacat.*
Eſt leve quod patimur, gloria magna manet.

Digitized by Google

7 *Mortua Lex nobis, bonaque, dat criminis anſam,*
Velle malum prohibens. Fomite diſcrucior.
8 *Nos ſumus heredes regni, clamamus & : Abba ;*
Et nihil avellet nos ab amore Dei.
9 *Eſt Fidei, non carnis Abra ſelecta propago,*
Solius Domini quod miſerentis opus.
10 *Quiſquis crediderit ſalvabitur : ivit in Orbem*
Totum, Judæi quam repulêre, Fides.
11 *Judæos ne contemnas ex parte repulſos ;*
Salvus enim poſt hæc Iſraël omnis erit.
12 *Devita Mundum, ſis hoſtia viva, ſuperbè*
Ne ſapias, hoſtes dilige, facque bona.
13 *Principibus pare, cuivis ſua debita redde.*
Legis tu comples omnia quiſquis amas.
14 *Non comedentem nec ſpernas, nec judica edentem :*
Nec trepidans, aut ad ſcandala fratris edas.
15 *Infirmos portate, Deum benedicite, Gentes*
Præſertim : Romam cogito, ferte preces.
16 *Romani ſalvete, malos vitate, ſalutant*
Vos varii. Sit honor, gloria, lauſque Deo.

AD CORINTHIOS I.

1 *SChiſma redarguitur : ſtulta eſt ſapientia mundi.*
Non Deus elegit magna, ſed exigua.
2 *Simplicibus verbis crucifixum prædico Chriſtum :*
Perfectis ſapiens, inſipienſque malis.
3 *Nil plantans eſt, nilq; rigans, dat creſcere Chriſtus.*
Igne probatur opus. Vos ſacra Templa Dei.
4 *Judicium veſtrum Chriſti contemno miniſter.*
Vos magni, abjecti nos ; ego vos genui.
5 *Quare inceſtantem toleratis? Satanæ eumdem*
Trado, cavete malos, & remanete boni.

Digitized by Google

6 *Cur lites agitis? Nullus potietur iniquus*
Cœleſti regno. Luxuriam fugite.
7 *Conjugii quæ Lex, quod onus. Non mando, ſed hortor*
Ut celebs ſtudeas Virgo placere Deo.
8 *Veſci Idolothytis licet; aſt ubi ſcandala ſubſunt,*
Aut vetitum dictat mens; ea nullus edat.
9 *Debita ſint quamvis, ego nulla ſtipendia ſumam.*
Pro palmâ in ſtadio currite, curro quoque.
10 *Pœna Judæorum doceat peccata cavere.*
Quidquid agis, Deus ut glorificetur age.
11 *Non vir, ſed mulier caput obtegat. Ite probati*
Ad menſam Domini; mors ea namq; malis.
12 *Singula dat variis Chariſmata Spiritus unus.*
Diverſa in toto corpore membra ſumus.
13 *Cetera nil proſunt, mihi ſi dilectio deſit:*
Prævalet hæc cunctis, ſemper & illa manet.
14 *Abſque prophetia minus eſt, & inutile donum*
Linguarum. In cœtu fœmina quæque tace.
15 *Surrexit Chriſtus, tandem ſurgemus & omnes:*
Non tamen æquales: Mors inimica ruet.
16 *Adveniam: fiant Collectæ, Timotheoque.*
Sit bene: Salvete, & ſemper amate Deum.

AD CORINTHIOS II.

1 *NOs clemens Dominus ſolatur maxima paſſos:*
Nec Chriſti: Eſt *&* Non*; nec mea verba ſonant.*
2 *Non veni ne vos contriſtans triſtior eſſem:*
Correctum ſolvo: Chriſti odor exto bonus.
3 *Non egeo commendari. Myſteria Chriſti*
Velata Hebræis ſunt, ſed aperta piis.
4 *Nota Fides cunctis, niſi quos vecordia cæcat.*
Eſt leve quod patimur; gloria magna manet.

Digitized by Google

7 *Mortua Lex nobis, bonaque, dat criminis anſam,*
Velle malum prohibens. Fomite diſcrucior.
8 *Nos ſumus heredes regni, clamamus & : Abba ;*
Et nihil avellet nos ab amore Dei.
9 *Eſt Fidei, non carnis Abra ſelecta propago,*
Solius Domini quod miſerentis opus.
10 *Quiſquis crediderit ſalvabitur : ivit in Orbem*
Totum, Judæi quam repulêre, Fides.
11 *Judæos ne contemnas ex parte repulſos ;*
Salvus enim poſt hæc Iſraël omnis erit.
12 *Devita Mundum, ſis hoſtia viva, ſuperbè*
Ne ſapias, hoſtes dilige, facque bona.
13 *Principibus pare, cuivis ſua debita redde.*
Legis tu comples omnia quiſquis amas.
14 *Non comedentem nec ſpernas, nec judica edentem ;*
Nec trepidans, aut ad ſcandala fratris edas.
15 *Infirmos portate, Deum benedicite, Gentes*
Præſertim : Romam cogito, ferte preces.
16 *Romani ſalvete, malos vitate, ſalutant*
Vos varii. Sit honor, gloria, lauſque Deo.

AD CORINTHIOS I.

1 *SChiſma redarguitur : ſtulta eſt ſapientia mundi.*
Non Deus elegit magna, ſed exigua.
2 *Simplicibus verbis crucifixum prædico Chriſtum :*
Perfectis ſapiens, inſipienſque malis.
3 *Nil plantans eſt, nilq; rigans, dat creſcere Chriſtus.*
Igne probatur opus. Vos ſacra Templa Dei.
4 *Judicium veſtrum Chriſti contemno miniſter.*
Vos magni, abjecti nos ; ego vos genui.
5 *Quare inceſtantem toleratis? Satanæ eumdem*
Trado, cavete malos, & remanete boni.

Digitized by Google

20 *Defuncto vitam dat Apoſtolus, ac Epheſinos*
Ad ſe Miletum convocat, atque docet.
21 *Navigat in Syriam Paulus, cui vincla prophetat*
Agabus, in Templo moxque ſubivit ea.
22 *Alloquitur Paulus populum, dicitq; Tribuno:*
Sum Romanus ego; ſicque flagella fugit.
23 *Schiſma fit ob Paulum dum clamat: Sum Phariſæus:*
Miſſus Felici decipit inſidias.
24 *Se probat inſontem Felici Paulus, & illum*
Terret: Abit Felix, Feſtus & inde venit.
25 *Se coram Feſto defendit Apoſtolus: Aulam*
Cæſaris appellat: Rex & Agrippa venit.
26 *Quomodo converſus ſit Paulus narrat Agrippa.*
Inſanit Feſto ſobria verba loquens.
27 *Italiam petit, & prædicit Apoſtolus ingens*
Naufragium, ſed quo non perit ullus homo.
28 *Vipera non nocuit Paulo; ſanavit is ægros*
In Malta, Romam tendit, ibique docet.

AD ROMANOS.

1 *PAulus adeſſe cupit Romanis: taxat iniquos,*
Nolentes notum glorificare Deum.
2 *Cùm Gentes Legem ſervent, violentq; Judæi,*
Se vanè jactant hi; Deus æquus enim.
3 *Judæi præſtant Gentilibus; attamen omnes*
Peccarunt: ſalvat gratia ſola Dei.
4 *Legis opus non juſtificat, ſed gratia Chriſti,*
Et Fidei meritum, quòd patefecit Abram.
5 *Spes non confundit, Tribulatio gloria noſtra eſt.*
Mors per Adam, Chriſti ſanguine vita datur,
6 *Crimina vitemus ſancti Baptiſmate facti:*
Mors culpæ merces, juſtitiæque ſalus.

Digitized by Google

5 *Mors Ananiæ, ac Saphiræ. De carcere Sanctos*
Angelus educit, lætificantque probra.

6 *OEconomi ſeptem; Stephanus primarius horum*
Captivus, falsò dicitur eſſe reus.

7 *Judæos Stephanus carpens lapidatur ab ipſis;*
Quos moriens ſatagit conciliare Deo.

8 *Hic Samaria Fidem Chriſti, Eunuchuſq; recepit,*
Et Simon Magus, huic dat maledicta Petrus.

9 *Saulus converſus ſuperatq; fugitque Judæos.*
Æneas ſurgit, Dorcadi vita datur.

10 *Viſio quem docuit Petrum Cornelius accit,*
Qui baptizatur, tota domuſque ſua.

11 *Murmur Hebræorum ſedat Petrus. Antiochiæ*
Dicti Chriſtiades, dicta futura fames.

12 *Jacobum necat Herodes, Petrumq; recludit:*
Liber hic, Herodes vermibus eſca fuit.

13 *Mittitur ad Gentes Paulus, Cyprumq; peragrat,*
Et de Piſidiâ pulſus it Iconium.

14 *Dum Lyſtris claudum ſanat Deus eſſe putatur*
Paulus, & inde migrat, dum lapidatus erat.

15 *Quòd Legem Moyſis non ſit ſervare neceſſe.*
Ad Gentes iterum Paulus it, itque Silas.

16 *Timotheum circumcidit, vaditque Philippos*
Paulus, ubi pellit dæmona, flagra ſubit.

17 *Theſſalonica Fidem recipit, Berœa, & Athenæ:*
Ignoto fuit hîc Ara dicata Deo.

18 *Anno cum medio manſit, docuitq; Corinthi:*
Poſt Aſiam peragrat Paulus, Apollo docet.

19 *Multa docens Epheſi Paulus miracula patrat.*
Comburunt libros: Magna Diana ſonant.

20 De-

Digitized by Google

12 *Ungitur, & Solymam venit, acclamatur Hoſanna:*
Gentiles quærunt, clarificatque Pater.
13 *Cœna. Pedes lavat. Eſt inter vos proditor unus:*
Diligite alterutrum: Petre negabis, ait.
14 *Manſio multa domi Patris eſt: Via, Vitaq́ꝫ, Verum*
Sum, pacem vobis ecce relinquo meam.
15 *Vitis ego, Pater agricola eſt, in amore manete:*
Odit vos, ac me; nam ſua mundus amat.
16 *Expedit ut vadam; Paracletus cuncta docebit:*
Triſtia nunc, ſed poſt gaudia ſemper erunt.
17 *Seque ſuoſque Patri commendat: Sint, ait, unum,*
Et quòd ſim noſcant à Patre miſſus ego.
18 *Hîc Chriſtum capiunt, ſiſtunt Anna Caiphæque,*
Pilatoque; Petrus terque negavit eum.
19 *Ecce homo: fertq́ꝫ crucem, cui fixus matre Joanni*
Commiſſâ moritur, transfoditurque latus.
20 *Apparet multis, Thomæ ſua vulnera monſtrat:*
Solvere Diſcipulis, atque ligare dedit.
21 *Chriſtus oves Petro ter paſcere mandat, & inquit:*
Hic volo ſic maneat, tu Petre me ſequere.

ACTUS APOSTOLORUM.

1 *CORam Diſcipulis cœlum conſcendit Iëſus:*
Sors dat Mathiæ munus Apoſtolicum.
2 *Diſcipulis ſeſe dat Spiritus, hique loquuntur*
Linguis: convertit millia trina Petrus.
3 *Ex utero claudum ſanat comitante Joanne*
Petrus mendicum; prædicat inde fidem.
4 *Abſque timore docent capti Petrus atq́ꝫ Joannes.*
Mutua converſis ſunt bona, cor & idem.

5 *Mors*

21 Æra minuta duo viduæ. Ruet urbs, ruet Orbis:
Sis vigil, ac ora; nam latet illa dies.
22 Paſcha facit, lapſumque Petro prædicit Ieſus,
Triſtis agonizat, verbera, probra ſubit.
23 Herodes ſpernit, damnat Pilatus, at orat
Latro, ſitis, tenebræ, mors, tumulusq́ Dei.
24 Sæpiùs eſt viſus vivus, ſignanter in Emmaûs:
Cœlum diſcipulos dum benedicit, adit.

JOANNES.

1 FActus homo Deus, huîc Joanne docente Philippus
Credit, & Andreas, Nathanaëlq́, Petrus.
2 Chriſtus aquas vinum facit, ac: Hoc ſolvite Templum,
Illud, ait, trino reſtituamque die.
3 Nemo Dei regnum non baptizatus adibit.
Joannes minui, creſcere Chriſtus habet.
4 Convertit Chriſtus prope Sichar Samaritanam.
Ægro filiolo Regulus orat opem.
5 Languentem ſanat, cui dicit: Tolle grabatum.
Quòd ſit Meſſias plurima ſigna probant:
6 Chriſtus alit turbas, regnum fugit, ambulat undis:
Potus, ait, meus eſt ſanguis, & eſca caro.
7 In feſto clamat: Veniat ſi quis ſitit ad me.
Carpit Judæos, ſchiſma fit inter eos.
8 Abſolvit mœcham, dicit: Sum criminis expers:
Ex patre vos Satanâ. Ne lapidetur abit.
9 Dat viſum cœco nato, qui de Synagogâ
Pulſus, & à Chriſto doctus, adorat eum.
10 Paſtor ego bonus, & non mercenarius, aut fur;
Unum cum Patre ſum, quod mea facta probant.
11 Lazarus è tumulo ſurgit, Caiphasq́ prophetat.
Quæritur ad mortem Chriſtus, at ipſe fugit.

Digitized by Google

6 *Defendit ſpicas vellentes, & duodenos*
Diſcipulos ſtatuit, dogmata multa dedit.
7 *Centurio. Natus viduæ Baptiſta ad Ieſum*
Mittit. Peccatrix flet, veniamque refert.
8 *Schemata proponit, mare pacat, dæmona pellit;*
Suſcitat exanimem, ſanguifluamq́ juvat.
9 *Mittit bis ſenos, & paſcit millia quinque;*
Trans-que-figuratur, dat documenta ſuis.
10 *Diſcipuli decies ſeptem & duo. Samaritani*
Schema dat. Hoſpitio Martha recepit eum.
11 *Hîc orare docet, Satanam fugat, atq́ refutat*
Blaſphemos, dirum Væ quoque ſæpè vibrat.
12 *Spernite mortem, opibus non fidite, cingite lumbos,*
Servi eſtote boni, cor & amore flagret.
13 *Admonet exemplis reſipiſcere, ſanat & ægros.*
Herodes vulpes. Væ tibi Ieruſalem.
14 *Hîc curatur Hydrops, elatio carpitur, ampla*
Schema datur cœnæ, quam quis adire negat.
15 *Gaudia tum dat ovis, tum drachma reperta; reverſus*
Ad patrem veniam Prodigus obtinuit.
16 *Villicus injuſtus. Dominis ſervire duobus*
Nemo poteſt. Pauper Lazarus, ac Epulo.
17 *Scandala quàm noceant; ignoſce & corripe fratrem.*
Leproſique decem, judiciique dies.
18 *Orandùm ſemper, non ſic tamen ùt Phariſæus.*
Dives abit triſtis. Linquere cuncta bonum.
19 *Zachæus. Dena Minæ. Venit obvia turba*
Chriſto, qui Solyma flens notat excidium.
20 *Unde Joannis erat Baptiſmus? Funera ſurgent.*
Quî Chriſtus David filius eſſe queat.

Digitized by Google

8 *Plebs alitur, cæcuſque videt. Confeſſio Petri.*
Chriſtus ait: Patiar, tu quoque tolle crucem.
9 *Reſplendet, Satanam pellit, mortemq́; prophetat,*
Diſſuadet faſtum, ſcandala cuncta vetat.
10 *Lex data conjugibus. Suademur linquere cuncta.*
Stirps Zebedæa petit: cæcus & ecce videt.
11 *Intrat Jeruſalem, de Templo pellit ementes.*
Areſcit ficus dum maledicit ei.
12 *Agricolæ nequam. Date cenſum. Funera ſurgent.*
Quî Chriſtus David filius. Æra duo.
13 *Everteut Templum, mala plurima, ſignaq́; fient.*
Omnes judicii tempus, & hora latet.
14 *Conſilium contra Chriſtum, quem Paſchate facto,*
Trux Judas tradit, ter negat ipſe Petrus.
15 *Accuſant, damnant, crucifigunt, dant & acetum,*
Blaſphemant, moritur, poſt ſepelitq́; Joſeph.
16 *Apparet Chriſtus variis, & ubique docere*
Mandat, promittit ſigna, polumque petit.

LUCAS.

1 *Concipit, ac ſterilis parit Eliſabetha Joannem,*
Concipit & Jeſum Virgo Maria ſuum.
2 *Naſcitur, & circumciſo dant nomen* IESUS.
In Templo offertur; perditur ipſe puer.
3 *Joannes populum docet, & baptizat Ieſum.*
Cujus & uſque ad Adam dinumerantur avi.
4 *Inſidiis Satanæ victis docet in Synagogâ*
Nazareth, & febrim, dæmoniumq́; fugat.
5 *E navi docet, & cui crimina ſolverat ægrum*
Sanat, Matthæum dum vocat ille venit.

6 *De-*

22 Rex vocat ad menſam. Date quæ ſunt Cæſaris illi.
Mandatum primum Legis, amare Deum.
23 In Scribas Chriſtus Væ fulminat, & Phariſæos,
Quos jubet audiri, non imitêre tamen.
24 Urbs Templumq́; ruent, conſurgent Pſeudo-prophetæ:
Vos ſitis vigiles, Judicis hora latet.
25 Hîc de Virginibus denis agit, atque Talentis,
Hîc quoque judicium quî peragetur habes.
26 Murmur ob unguentum. Celebrato Paſchate Chriſtus
Traditur, & mortis dicitur eſſe reus.
27 Deſperat Judas. Crucifige, flagella, corona.
Clamat: Eli, pendens in cruce Chriſtus obit.
28 Sæpiùs apparet Chriſtus redivivus: in omnem
Ut doceant mundum præcipit ire ſuis.

MARCUS.

1 TEntatur, Baptizatus, docet, & vocat ad ſe
Chriſtus diſcipulos, plurima ſigna facit.
2 Ægrotum ſanat, cujus peccata remiſit,
Matthæum vocat, & murmura corripuit.
3 Format Apoſtolicum cœtum: Miracula (Scribæ
Blaſphemant) quòd per Belzebub ipſe patret.
4 Seminis hîc binum Paradigma dat, atq́; ſinapis
Unum, turbatum pacificatque mare.
5 Ejicit in porcos Legionem Dæmoniorum:
Curat ſanguifluam, ſuſcitat exanimem.
6 Diſcipuli miſſi. Baptiſta necatur. Ieſus
Calcat aquas, plebem ſanat, alitque, docet.
7 Non illota manus maculat, ſed crimina mentem.
Hîc Chananæa rogat, voxque ſonusq́; redit.

8 Plebs

Digitized by Google

7 *Judicium cohibe, canibus dare Sancta caveto.*
Quæ tibi vis fieri fac. Via ſtricta poli eſt.
8 *Leproſum ſanat Jeſus, & Centurionis*
Servum. Tempeſtas ceſſat oborta maris.
9 *Matthæum vocat, & compeſcit murmura, multos*
Sanavit, vitam filiolæque dedit.
10 *Diſcipulos Chriſtus bis ſenos erudit, utque*
Se ſolum timeant, ſuſpiciantque monet.
11 *Joannem laudat, tribus exprobrat urbibus, omnes*
Advocat: ejus onus quòd leve, dulce jugum.
12 *Vellentes ſpicas defendit, ſanat & ægros:*
Qui ſibi ſint fratres, quæ genitrixque docet.
13 *Schematibus variis turbas docet: Eſt in honore*
In patriâ dicit, nemo Propheta ſuâ.
14 *Millia quinque cibat Jeſus. Baptiſta necatur:*
Et trepidum fermè ſorbuit unda Petrum.
15 *Dogmata prava ferit, natam Chananææ, alioſque*
Liberat, & quatuor millia Chriſtus alit.
16 *Signa mali poſcunt: Petre tu petra dicit Ieſus;*
Carpit at hortantem: Ne patiare crucem.
17 *Hic transformatur Chriſtus. Lunaticus extat*
Sanus. Vis Fidei. Piſcis in ore ſtater.
18 *Parvulus eſſe ſtude, fuge ſcandala, corripe fratrem:*
Ignoſcas aliis ut tibi fiat idem.
19 *Conjugii lex. Eunuchi. Benedicit Ieſus*
Infantes. Juvenis linquere cuncta timet.
20 *Conducti. Dextram ſoboles Zebedæa requirit.*
Dum clamant cæci lumen utrique datur.
21 *Intrat Jeruſalem, merces Templo ejicit, aret*
Ficus. De natis, agricoliſque malis.

22 Rex

8 *Ampla trophæa Judas, prædamq́ reportat ab hoſte:*
Millia multa necat, reſſiduoſque fugat.
9 *Antiochus fugiens è Perſide, dira minatus*
Hebræis, miſerè, crimina faſſus, obit.
10 *Expurgat Templum Machabæus, & atterit hoſtes:*
Cœleſtes equites auxiliantur ei.
11 *Angelus Hebræos animans dat vincere Gentes:*
Hinc pacem Lyſias, Antiochuſque petunt.
12 *Innumeros hoſtes vincit Machabæus, & urbes.*
Pro cæſis ſociis hoſtia multa datur.
13 *Antiochus perimit Menelaum, datque Judæis,*
Quos ſuperare nequit, vivere jure ſuo.
14 *Alcimus Hebræos prodit, Demetrius arctat;*
Et ſua Razias viſcera fundit humi.
15 *Conſpicit orantes Judas Jeremiam, & Oniam.*
Blaſphemus meritâ morte Nicanor obit.

MATTHÆUS.

1 *CHriſti Majores. In ſomnis Angelus inquit*
Joſepho: Pariet Virgo Maria Deum.
2 *Stella Magos ducit: Pueros occidit Herodes:*
Fertur in Ægyptum Chriſtus, & inde redit.
3 *Clamat Joannes, & baptizatur Ieſus;*
Spiritus apparet; vox quoque Patris adeſt.
4 *Jejunat Chriſtus, tentatur, diſcipuloſque*
Congregat, infirmos ſanat ubique docens.
5 *Octo beant: ſal diſcipuli ſunt, lumen & Orbis.*
Scandala, vindictam, luxuriamq́ vetat.
6 *Quî bona ſint facienda docet, formamq́ precandi,*
Quòdque bonus ſervus nemo duobus erit.

Digitized by Google

10 *Vincit Alexander Demetrium; amicitiamque*
Cum Jonathâ faciens glorificavit eum.
11 *Contra ſe Reges certant, omneſque requirunt*
Fœdus Hebræorum, qui generoſa patrant.
12 *Fœdus init binum Jonathas, devincit & hoſtes;*
Fraude capit Tryphon hunc, ſocioſq; necat.
13 *Cum natis Jonatham Tryphon necat, Antiochumq;.*
Dux Simon Hebræos eruit hoſte, jugo.
14 *Proſperitas, pax magna fuit regnante Simone:*
Cum Spartâ ac Româ is fœdera rurſus init.
15 *Vendicat Antiochus ſibi regna paterna, Simonis*
Reſpuit oblatum perfidus auxilium.
16 *Antiochi turmas nati vicêre Simonis:*
Hic tandem generi fraude necatus obit.

MACHABÆORUM II.

1 *ANtiochi clades, & quomodo cœlicus ignis*
Sit datus, Ægypto ſcribitur è Solymis.
2 *Arca, Tabernaclûm Nebo ſunt in monte recluſa:*
Quod Jaſon libris quinque, id hic unus habet.
3 *Depoſitum Templi prodit Simon. Heliodorus*
Vapulat, ingrediens hos ſpoliare volens.
4 *Jaſonis impietas, Menelaï, Lyſimachique.*
Oniam Andronicus mactat, & ipſe perit.
5 *Cœlica ſigna. Perit Jaſon, Templumq; profanat*
Antiochus ſpolians, innumeroſque necat.
6 *Antiochi rabies. Pro Lege Eleazarus, & cum*
Prole duæ matres ſuſtinuêre necem.
7 *Septeni fratres unà cum matre necantur,*
Regis ubi renuunt impia juſſa ſequi.

8 *Am-*

14 *Vaſtabunt Gentes Solymam, Deus atteret illas,*
Quæ tandem Solymis feſta Deumque colent.

MALACHIAS.

1 *ARguit ingratos, vetereſque repellit, in omni*
Fit nova grata Deo victima munda loco.
2 *Degeneres à Patre Levi reſipiſcite Myſtæ.*
Gentilem pulsâ conjuge Hebræus amat.
3 *Præcurſor, Dominuſq; aderit, cui Sacra placebunt*
Levitis mundis. Utile amare Deum.
4 *Judicis ante diem magnam mittendus Elias,*
Ad natos ſataget vertere corda patrum.

MACHABÆORUM I.

1 *DEſtruit Antiochus Solymam, ſacra cuncta profa-(nat,*
Occiditque pios, vult ſimulacra coli.
2 *Juſſa Dei zelat Mathatias, obſtat iniquis,*
Occiditque malos, vincit, obitque monens.
3 *Zelus & acta Judæ, bino qui de hoſte triumphans,*
Milite contra alios ſe, precibuſque parat.
4 *Dum rurſus duplicem Machabæus vicerat hoſtem*
Expurgat Templum, reſtituitque ſacra.
5 *Debellant hoſtes Simon, Jonathaſque, Judaſque.*
Cæduntur, pugnant qui ſine conſilio
6 *Antiochus moritur: nova filius ejus Hebræis*
Bella movens, fruſtra vincere tentat eos.
7 *Alcimus innocuos perimit; Demetrius eſt Rex:*
Victus & à Juda ſæpè Nicanor obit.
8 *Fœdere Romanis Judas ſociavit Hebræos:*
Inſcriptum tabula fœdus in ære fuit.
9 *Mors Judæ; Jonathæq; Ducis cum Bacchide pugnæ,*
Et pactum: Jambri, ac Alcimus inde luunt.

10 *Vin-*

Digitized by Google

1 *ÆDificare domum Domini monet, inde luentes,*
Quòd tardent: Jeſus Zorobabelq́; ſtruunt.
2 *Gloria grandis erit Templi, venietque cupitus*
Gentibus à cunctis, & bona multa dabit.

ZACHARIAS.

1 *POeniteas Juda, nec proavos imitêre malignos:*
Jeruſalem rurſus ſtabit opima bonis.
2 *Angelus hîc Solymam metitur, aitque replendam*
Civibus, ac populis, murus eritque Deus.
3 *Pontificale decus dant Jeſu, ſorde remotâ.*
Vir Oriens Chriſtus, ſeptoculuſque lapis.
4 *Quid Candelabrum, quid bina prophetet oliva,*
Stanneus atque lapis. Zorobabelis honos.
5 *Perjuros, fures volitans liber arguit; urnam*
Cui ſedet Impietas, fœmina bina levat.
6 *Quadriga quatuor binis de montibus aris.*
Templum Vir Oriens ædificabit ovans.
7 *Non placuêre Deo jejunia priſca malorum,*
Sed periêre: malum deſere, facque bonum.
8 *Quos prius afflixit propter peccata Judæos,*
Ditabit juſtos prole boniſque Deus.
9 *Jeruſalem veniet tibi Rex Salvator aſello;*
Educet vinctos ſanguine, fauſta dabit.
10 *Nil ſimulacra juvant: Dominus revocabit Hebræos,*
Et faciet ſummâ proſperitate frui.
11 *Paſcitur in mortem pecus. Appretiatur Jeſus*
Triginta nummis. Paſtor iniquus erit.
12 *Ante luet, felix ſed poſt Sion hoſte repreſſo:*
Quem confixerunt aſpicientque Deum.
13 *Ceſſabunt Idola. Manus fodienter Jeſu.*
Dicit: Paſtorem percute, oveſque fuga.

4 *Ad montem Domini Gens confluet omnis: ibidem*
Lex nova fiet, eris tuque redempta Sion.
5 *In Bethlêm Chriſtus Dominus naſcetur. Hebraïs*
Pax erit, atque ſalus, & ſimulacra ruent.
6 *Increpat ingratos, neque vult holocauſta, ſed æquum,*
Quod quia non ſervant, dira minatur eis.
7 *Vix juſtus ſupereſt, nec reſtat fidus amicus:*
Solus erit Dominus ſpes, populique ſalus.

NAHUM.

1 *ULtor iniquorum Dominus, juſtiſq; benignus,*
Percutiet Niniven, eripietque Judam.
2 *Obſidio Ninive, ſævus quam deſtruet hoſtis,*
Occidens, ſpolians, depopulabit eam.
3 *Ut nec Alexandria, ita nec Ninive impia ſtabit:*
Viribus ac opibus, ſed maleſiſa ruet.

HABACUC.

1 *IMpius heu! juſtum ſuperat, Chaldæa Judæam;*
Sed mundo Domino diſplicet omne ſcelus.
2 *Chaldæi meritas pendent pro crimine pœnas:*
Nec ſalvos facient hos ſimulacra ſua.
3 *Habacuc alta Dei magnalia multa recenſet:*
In Domino Jeſu gaudet, opemque petit.

SOPHONIAS.

1 *PErnicies manet atra malos; ſignanter Hebræos,*
Quòd ſimulacra colant. Inſtat amara dies.
2 *Ut citò pœniteat monet Iſraël, atque propinquis*
Supplicium populis vaticinatur atrox.
3 *Væ Solymæ nequam! Cives perdentur iniqui;*
Sed bona per Chriſtum multa futura docet.

Digitized by Google

4 *Crudeles, vaccas pingues ſimulacra colentes,*
Ad Dominum ut redeant nulla flagella movent.
5 *Plangit Hebræorum pœnas, meliora prophetans*
Converſis: Nunc nec feſta, nec Ara placent.
6 *Delitiis, opibus, faſtuque replentur Hebræi;*
Hinc tranſmigrabunt, exitiumque ferent.
7 *Vaticinatur Amos trulla per ſchema ruinam*
Iſraël; & terrens Vatem Amaſia luet.
8 *Propter avaritiam pœnas dabit Iſraël atras,*
Et verbi Domini magna futura fames.
9 *Exſcindet pravos Chriſtus, regnumque Davidis*
Eriget, atque ſuis dona perampla dabit.

ABDIAS.

1 *GEns Idumæa tumens, crudelis, & invida Hebræis,*
Tu vaſtata rues, hos bona multa beant.

JONAS.

1 *IN Niniven miſſus Jonas, fugit; orta ſed illum*
Tempeſtas prodens, ceſſat ut intrat aquas.
2 *Deglutit Jonam cetus, tribus inde diebus*
Orantem retinens, evomuitque dein.
3 *Prædicat in Ninive quòd ſubvertetur Ionas;*
Jejunant, plangunt, deſinit ira Dei.
4 *Indignans Jonas, hederâ creſcente docetur,*
Quam Deus eſt clemens dum reſipiſcit homo.

MICHÆAS.

1 *INcrepat Hebræos propter ſimulacra Michæas,*
Et dolet exitium triſte quod inſtat eis.
2 *Puniet injuſtos Deus, & diſperdet Hebræos.*
Poſtea ſed miſerans ipſe reducet eos.
3 *Judicibus, Ducibus, Myſtis, & Pſeudo-prophetis*
Perniciem Solyma deputat, atque Sion.

4 *Ad*

Digitized by Google

7 Quando Deus miſerans populum ſanare valebat,
Obſtitit, atque ruit per ſimulacra ſua.
8 Cum vitulo Samaria ſuo capietur ab Aſſur:
Non erit illius victima grata Deo.
9 Morte fameque luet genus Iſraël impia facta;
Ac erit illius ſemen in Orbe vagum.
10 Iſraël Aſſyriis tradetur, linquere cum non
Admonitus toties is ſimulacra velit.
11 Quàm Deus Hebræos amet: hos ſua crimina perdunt,
Sed rurſum miſerans ipſe reducet eos.
12 Ventum Ephraïm paſcit. Dominum conſpexit Jacob,
Supplantavit Eſau, prævaluitque Deo.
13 Per ſimulacra ruis: tuus unicus auxiliator
Iſraël eſt Dominus, mors tua mors hic erit.
14 Diſpereat Samaria, Deum quæ fecit amarum,
Illa tamen felix, dum reſipiſcet, erit.

J O E L.

1 OMnia bruchus edax, eruca, locuſta, rubigo
Hoſtes conſument; flere proinde monet.
2 Inſtat amara dies, luge, ferus imminet hoſtis,
Et reſipiſce Sion, poſt tibi fauſta fluent.
3 In vallem Joſaphat Gentes Deus advocat omnes:
Plebis erit vindex, quam bona multa manent.

A M O S.

1 DIra Philiſthæos, Tyrias, Edomá, Damaſcum,
Ammoná ob quatuor crimina, pœna manet.
2 Non Moab, ingratoſque Deus convertet Hebræos
Crimine de quarto, prava ſed ambo luent.
3 Gens Jacob antea amata Deo ruet impia facta:
Liber ab interitu vix erit ullus homo.

6 Fit Daniël magnus Princeps, illique leones
Innocuo parcunt, hi comeduntque reos.
7 Inſtruitur Daniël animalia viſa quaterna,
Regna tot eſſe; ſenem ſcitq; ſedere Throno.
8 Rex Perſæ eſt Aries, Græcus quem proteret Hircus;
Ex illo radix ſurget iniqua piis.
9 Faſſus Hebræorum Daniël peccata, docetur
De Chriſti adventûs tempore, deque necis.
10 Angelus hic animat Danielem, ac inſtruit illum,
Quòd ſolus Michaël auxilietur ei.
11 Quid facient varii Reges Aquilonis, & Auſtri:
Ac Antichriſti ſchema quid Antiochus.
12 Defuncti ſurgent, erit & Doctoribus ingens
Gloria cum juſtis, opprobriumque malis.
13 Eripuit caſtam Daniël è morte Suſannam,
Convictis ſenibus: plebs lapidavit eos.
14 Evertit Daniël Belum, perimitque Draconem:
Parcit eique leo, paſcit eumque Deus.

OSEE.

1 PRocreat ex ſcorto pueros tres juſſus Oſee;
Crimina ſic populi, reppudiumque notans.
2 Gens (ut adultera pulſa prius) revocatur Hebræa:
Per mala multa redux ſponſa fidelis erit.
3 Rurſus amata, diu meretrix expectet Oſeam:
Sic ſine Rege diu plebs erit, atque ſacris.
4 Ut denûm Tribuum populus, ſic quiſq; Sacerdos
Peſſimus eſt factus; non imitêre Juda.
5 Regna Ephraim Judaq; ruent, quia peſſima patrant:
Aſſur & his nullam ferre valebit opem.
6 Iſraël ad Dominum redeas, tibi tunc benè cedet;
Cur te nec plagæ, nec benefacta movent?

39 *Cæſos Gog, ſocioſque feræ, volucreſque vorabunt.*
Fiet Hebræa redux Gens miſerante Deo.
40 *Conſpicit Ezechiël metitur ut Angelus Aras,*
Et Templi fabricam, quanta ſit illa docens.
41 *Sancta reædificanda domus monſtrata Prophetæ*
Intus, & inſtruitur quantaque, qualis erit.
42 *Ducitur Ezechiël ad Gazophylacia Templi,*
Undique conſpiciens Atria quanta forent.
43 *Gloria Templum implet.* Domini *non polluet ultra*
Plebs nomen. Quoties, quod capit Ara ſacrum:
44 *Janua clauſa, Ducique patens. Arceantur ab Arâ*
Incircumciſi. Munia ſacrificûm.
45 *Primitiæ Myſtis: aliis quæ portio danda:*
Quæ variis feſtis ſacrificanda Deo.
46 *Quâ portâ populus, quâ dux Templum intrat, & exit:*
Quodque Ducis *donum, quæque culina ſacra.*
47 *Multa fluens aqua de Templo ſanatque, rigatque.*
Termini humi Chanaan, ac ea danda quibus.
48 Diſtribuenda *novo Tribubus quali ordine terra:*
Urbis erunt portæ, quot duodena Tribus.

DANIEL.

1 *C Aptivus Daniël ſociique legumine paſti,*
Sunt grati Regi, corpore, mente boni.
2 *Nabuchodonoſori* Daniël *ſua ſomnia pandit*
De ſtatuâ, nulli quod potuêre Magi.
3 *Mandat adorari ſtatuam Rex, dumq; recuſant.*
Tres juvenes, laudant integri in igne Deum.
4 *Quod monuit Daniël fit Nabuchodonoſor ut bos,*
Et laudat compos poſtea mente, Deum.
5 *Exponit Daniël quod ſcribit dextera muro:*
Mane, Tekel, Phares, ; *Balthaſar inde perit.*

24 *Cacabus excidium Solymæ notat, & caro cocta.*
Non plangat mortem conjugis Ezechiël.
25 *Hîc Ammonitis, Moabitis, ac Idumæis,*
Atque Paleſtinis triſte prophetat onus.
26 *Per Nabuchodonoſor Tyrus evertetur, eò quòd*
De Jeroſolyma gaudeat illa malis.
27 *Pulchra, ſuperba Tyrus velut inſtructiſſima navis,*
Divitiiſque potens, diruta fiet inops.
28 *Luciferi, Regiſque Tyri, Sidonis & urbis*
Excidium, Judam reſtituetque Deus.
29 *Ægyptus, Pharaoque ruent, merceſque futuri*
Ob cæſos Tyrios Nabuchodonoſori.
30 *Æthiopes, Lybii, cum Lydis, denique tota*
Ægyptus Regis Babylon enſe cadet.
31 *Aſſur, & Pharao ſublimis ùt arbor uterque,*
Promeritas pœnas victus uterque dabit.
32 *Præcelſus Pharao Rex, Gentibus illicò multis,*
Cæſus, in inferno conſociatus erit.
33 *Si taceat reus eſt ſpeculator, ſi indicet inſons.*
Pœniteas mortem nolo ſceleſte tuam.
34 *Væ tibi! qui paſcis te paſtor, oveſque relinquis;*
Paſcet oves Ieſus, & Deus ipſe ſuas.
35 *Trux Idumæa (Seïr mons hac) quia ſemper Hebræos*
Odiſti, dirè depopulata lues.
36 *Eruet Hebræos Deus hoſtibus, opprobrioque:*
Atque ut mundentur crimine fundet aquam.
37 *Oſſa reviviſcent. A Chriſto unita regentur*
Regna Juda, ac Ephraim, quod duo ligna notant,
38 *Cum populis multis Gog bella movebit Hebræis.*
Cladibus hunc diris afficietque Deus

9 *Sex videt Ezechiël Solymis quoſcumq; necantes:*
Parcitur his quos Thau littera fronte notat.
10 *Vates fumentem prunas, quas ſpargat in Urbem*
Conſpicit, & Cherubim quattuor, atq; rotas.
11 *Jeruſalem perdunt viginti quinque ſceleſti.*
Relliquiis Dominus carnea corda dabit.
12 *Excidium Solymæ verbis, factiſque prophetat,*
Ibit & in Babylon Rex, neque cernet eam.
13 *Væ qui mendaces proprio de corde prophetant!*
Promittunt pacem, cuſſinuloſque ſuunt.
14 *Qui ſimulacra colunt fallent hos Pſeudo-propheta.*
Salvabunt ſolos ſe Noë, Job, Daniël.
15 *Ut cibus eſt ignis lignum de vite reſectum,*
Jeruſalem nequam flamma vorabit ita.
16 *Jeruſalem peramata Deo, ſimulacra colendo*
Poſt pejor Sodomâ, Samariâque fuit.
17 *De binis Ænigma aquilis, & vite futurum*
Ut Sedecias fœdera rupta luat.
18 *Crimina nemo patris portabit filius inſons:*
Sed, niſi pœniteat, propria quiſque feret.
19 *Ceperunt Gentes quos Juda leæna leones*
Protulit; evulſa eſt vinea pulchra prius.
20 *Cum vetiti ſimulacra colant, reſponſa Judæis*
Nulla dat; at propter ſe Deus hiſce favet.
21 *In Solymam Dominus gladium diſtrinxit acutum,*
Inque Ammon: Babel poſtea, Rexque luent.
22 *Crimina multa nimis Solymis patrata recenſet;*
Illa velut ſcoriam decoquet igne Deus.
23 *Bina ſoror meretrix, major Samaria, pejor*
Jeruſalemque minor ſtupra nefanda luent.

24 Ca-

Digitized by Google

1 *HVnc Babylone legunt librum, mittuntq́ Judæi*
Jeruſalem, jungunt dona, preceſque petunt.
2 *Gens quod Hebræa ferat meritò mala tanta fatetur,*
Flagitat & Domini flens miſerentis opem.
3 *Cauſavit Judæ Sapientia ſpreta ruinam.*
Magna Dei domus eſt, terra videbit eum.
4 *Alma Sion natos ſolatur, & inſtat ut orent,*
Atque colant Dominum, tuncq́ reducet eos.
5 *Jeruſalem lætare tuos Deus undique natos*
Adducet tibi, quos gloria magna manet.
6 *Hebræis reditum Jeremiæ littera ſpondet;*
Et ſimulacra probat noxia, vana, nihil.

EZECHIEL.

1 *QVattuor Ezechiël animalia myſtica cernit;*
Atque rotas binas, magnificumq́ Thronum.
2 *Ezechiëlem animat Deus ut reprehendat Hebræos,*
Exhibituſque liber lugubre carmen habet.
3 *Paſcitur Ezechiël libro, populoque rebelli*
Præco fit. Officium quod ſpeculator habet.
4 *In latere obſidio Solyma depingitur; unum*
In latus Ezechiël dormit, editque fimum.
5 *Ezechiel raſos crines ſecat, abjicit, urit;*
Sic mala Judæos ſumma manere notans.
6 *Peſte, fame, gladioq́ cadent; reliquique Judæi*
Captivi ad Gentes ob ſimulacra luent.
7 *Finis adeſt, finis venit, atque afflictio magna:*
Deſtruet Hebræos ira furorque Dei.
8 *In Templo Domini quæ deteſtanda patrabat*
Judaicus populus, mente Propheta videt.

43 *Tendit in Ægyptum reliquus, ſpernitq́; Prophetam*
Hebræus populus, ſed malè cedet ei.

44 *Linquere commoniti nolunt Idola Judæ:*
Propterea gladio, peſte, fameque cadent.

45 *Sit querulus Baruch patiens, animumq́; reſumat,*
Divino ſemper munere tutus erit.

46 *Ægypti clades Jeremias vaticinatur:*
Quòdq́; ſit in Chanaan Gens reditura Jacob.

47 *Palæſtina, Tyrus, Sidon, ſimul Aſcalon, atque*
Gaza luent, Domini mucro paratur eis.

48 *Dira Moabitis inſtat vindicta ſuperbis,*
Urbibus illorum plena ruina manet.

49 *Ammonitarum tellus, Idumæa, Damaſcus,*
Cedar, Aſor, Ælam quanta flagella ferent.

50 *Horrendum Babylonis onus, Chaldæa, Judæos*
Quæ prius afflixit, depopulata luet.

51 *Nunciat excidium Babel irreparabile Vates:*
Fiet id à Medis, ſcribitur idque libro.

52 *Excidium Solymæ: Sedecias excæcatur:*
Erigitur Joachin in Babylone Thronus.

THRENI.

1 *JEruſalem quondam Princeps, populoq́; repleta,*
Depopulata gemit nunc, malefacta luens.

2 *Deplorat Solymæ, populi, Templique ruinam,*
Quam ſcelerum vindex intulit ipſe Deus.

3 *Fletque ſuam Vates ſortem, miſeramq́; ſuorum:*
Poſcit opem, Domino fidere namq́; bonum.

4 *Inclyta Jeruſalem quantùm mutata! Receſſit*
Proſperitas omnis, triſtia ſola manent.

5 *Hebræi populi miſeranda ruina: Propheta*
Hanc Domino triſtis pandit, opemq́; petit.

Digitized by Google

28 *Proſpera promittens Hananias Pſeudo-propheta,*
Monſtratur mendax morte repentè luens.
29 *In Chanaan mortem, vitam in Babylone tenebit*
Stirps Juda, ibiq; triplex Pſeudo-propheta cadet.
30 *Hebræi reduces Templo potientur, & urbe,*
Quos prius afflixit propter iniqua Deus.
31 *Læta futura, virum mulier circumdabit, ipſe*
Ignoſcet culpis, & bona ſumma dabit.
32 *Carcere clauſus agrum Jeremias emit, Hebræos*
Sic fore captivos, poſt reduceſque notans.
33 *Crimina dimittet populo Deus, huncque reducet.*
Firmum cum David germine fœdus erit.
34 *Urbs conflagrabit, captivo Rege; Judæi*
Quòd ſervos fracto fœdere detineant.
35 *Servant (dura licet) Rechabitæ juſſa paterna:*
Vos ô Judæi! nec pia juſſa Dei.
36 *Rex Joakim librum Jeremiæ è carcere miſſum*
Comburit, ſimilem moxque Propheta facit.
37 *Carcere concludunt Jeremiam; Rex Sedecias*
Mitiùs ut tractent mandat, eumque cibat.
38 *E foveâ trahitur Jeremias, qui Sedeciæ*
Seſe Chaldæis dedere conſuluit.
39 *Urbs, natiq; ruunt Sedeciæ, hic captus, & orbus:*
Tutus at Abdemelech, atque Propheta fuit.
40 *Liber it in Maſphath Jeremias ad Godoliam,*
Hucque alii veniunt; non cavet iſte dolos.
41 *Iſmaël inſidiis Godoliam, alioſque trucidat:*
Johanan reliquos congregat, huncq; fugat.
42 *Conſultus Domini Jeremias nomine, plebi*
Suadet ut in Chanaan tuta manere velit.

43 Ten-

Digitized by Google

13 *Ut putruit Vatis lumbare, ſuperbia Juda*
Putreſcet, putridos abjicietque Deus.
14 *Ceſſabunt pluviæ, gladiis, & peſte fameque*
Judæi, & falſus quiſque Propheta cadent.
15 *Non poſſent precibus Moyſes Samuëlq; juvare*
Nequam Judæos; inde Propheta dolet.
16 *Conjugium vetat, ac epulum, planctumq; Propheta,*
Ejicietque Judam, poſt redimetque Deus.
17 *Infelix ſimulacra colens, Dominumq; relinquens,*
Felix qui in DOMINO *ſperat, eumque colit.*
18 *Ut figulus populum Deus ob ſua facta reformat.*
Perſequitur Vatem Gens maledicta Judæ.
19 *Teſtea perdendos confracta laguncula ſignat*
Judæos, natos quòd comedentque ſuos.
20 *In nervum Phaſſur Jeremiam mittit, & audit:*
In Babylon morte hoc tuque tuique luent.
21 *Qui ſe noluerint Chaldæis dedere, Vates:*
Peſte, fame, gladiis hi morientur, ait.
22 *Ob peccata miſer Joakim morietur, & exul:*
Atque Jechonias cum genitrice ſuâ.
23 *Dira futura malis Paſtoribus, atque Prophetis,*
Dogmata per Chriſtum vera, ſaluſq; fluent.
24 *Quos Deus abjiciet Judæos, quoſque reducet;*
Per ficus pravas denotat, atque bonas.
25 *Obdurata manet monitis Judæa; furoris*
Cùm reliquis calicem Gentibus ergo bibet.
26 *Turba Sacerdotum Jeremiam occidere tentat,*
Illum ſed populus liberat, atque Duces.
27 *Diverſos Reges per vincula miſſa Propheta*
Dedere ſe monuit Nabuchodonoſori.

Digitized by Google

64 *O utinam venias de cœlo Chriſte Redemptor!*
Fecimus atra quidem, ſed miſerere Deus.
65 *Gentibus electis, reprobabitur Iſraël, ejus*
Relliquiis ſalvis: poſt bona cuncta, ſalus.
66 *Victima rejicitur, Templumq́; Eccleſia ſurget.*
Gentibus ex cunctis, deliciiſque fluet.

JEREMIAS.

1. *Mittitur obluctans Jeremias ſanctus ab ortu:*
Roborat hunc Dominus, virgaq́;, & olla docent.
2 *Contempto Domino, Baalim colit omnis Hebræus;*
Se peccaſſe tamen mordicus ille negat.
3 *Suſcipiam, redeas, licet impia adultera tu ſis*
Iſraël, & tu Gens plus ſcelerata Juda.
4 *Converſis parcet; quia non reſipiſcitis, in vos*
Immittet plagas, & mala ſumma Deus.
5 *In Solymis Dominus juſtum non invenit ullum:*
Hinc minimè parcet, ſed malefacta luent.
6 *Propter avaritiam, fraudes, animumq́; rebellem*
Corruet hic populus, victima nulla piat.
7 *In Templo fruſtra fidunt, qui linquere nolunt*
Crimina vel moniti, ſed graviora patrant.
8 *Excæcatorum monumentis oſſa carebunt:*
Pax dicunt, & pax nulla, ſed atra malis.
9 *Nulla fides, ſed ubique dolus, nex inſtat iniquis,*
Plangite mecum ideò. Gloria noſſe Deum.
10 *Ne metuas ſimulacra, nihil ſunt, nîl quoq́; poſſunt:*
Sed timeas Dominum, qui Deus omne poteſt.
11 *Judæi pactum violant ſimulacra colentes,*
Vatemque infeſtant, dira proinde luent.
12 *Nunc juſtus tribulatur, ovat malus, aſpice finem.*
Caſtigata Sion poſt meliora feret.

Digitized by Google

49 *Gentibus in lucem datus, & Salvator Jeſus:*
Multiplici ſterilis prole beanda Sion.

50 *Quos Dominus repulit prius ob peccata, redemit:*
Proque his ſuſtinuit verbera, ſputa, probra.

51 *Sicut Abram Sion Omnipotens ſolabitur, atque*
Triſtitiâ, plagis, hoſtibus eripiet.

52 *Jeruſalem gaude, conſurge; Ægyptus, & Aſſur*
Te tribulant, Deus en ipſe redemptor adeſt.

53 *Ponitur ante oculos triſtiſſima paſſio Chriſti:*
Sanguine quos emit, nos lavat, atque piat.

54 *Quàm numeroſa Dei felixque Eccleſia fiet:*
Ipſe docebit eam, conſtruet, atque reget.

55 *Qui ſitit adſit, emat gratis, comedatq; bibatque:*
Multus ut ignoſcat cùm ſit, adite Deum.

56 *Qui Domino ſervit (licet advena, vel ſpado) felix.*
Væ canibus mutis! Ebrietate madent.

57 *Pax requieſq; pio eſt defuncto, nulla ſceleſtis,*
Quos Idololatras ad meliora movet.

58 *Non ſunt grata Deo jejunia cordis iniqui:*
Facta placent juſti, Sabbata talis amat.

59 *Hebræos Deus ob peccata graviſſima punit:*
Ipſi pœniteant, ille favebit eis.

60 *Gloria ſumma Sion manet, huc Gens confluet omnis:*
Virtus, laus, & opes, lux ibi, paxque, ſalus.

61 *Miſit, & ut ſalvet populum Deus unxit Ieſum,*
Hinc bona cuncta fluent, læta canetque Sion.

62 *Adveniet* DOMINUS, *neque ſpreta vocaberis ultra;*
Sed peramata DEO, *ſancta, redempta Sion.*

63 *Torcular Chriſtus ſolus calcavit: Iniquos*
Pœna cruenta manet: parce benigne Pater.

64 O

34 *Pendet acerba Dei ſuper omnes ultio Gentes:*
Illam ſignanter Gens Idumæa feret.
35 *Ipſe Deus veniet, nos & ſalvabit, ovate:*
Triſte nihil tunc, ſed gaudia ſemper erunt.
36 *Sennacherib vaſtat Judæam, Jeruſalemque*
Terret, blaſphemo Rabſacis ore minans.
37 *Ut Deus addicit, necat Angelus Aſſyriorum*
Millia multa, perit denique Sennacherib.
38 *Rex Ezechias audit: Morieris; at orans,*
Et flens ſanatus cantica grata canit.
39 *Chaldæis Ezechias ſua dum bona monſtrat:*
In Babylon, Vates, illa ferentur, ait.
40 *Plaude venit Deus. Eſt fœnum caro. Vox in eremo.*
Immenſus Deus eſt, ſunt ſimulacra nihil.
41 *Hebræos ſolatur, eis bona præſtita narrans:*
Quodque ſit Omnipotens, cuncta ſciensque Deus.
42 *Quæ bene Chriſtus aget: Patri chariſſimus ille.*
Hunc laudent Gentes, plebs ſua ſpernit eum.
43 *Magna Deus ſpondet populo, cui multa redemptor*
Præſtitit, ingratos arguit, atque monet.
44 *Hic Deus eſt qui te beat Iſraël, atque creavit:*
Nil ſimulacra valent, namque ea fecit homo.
45 *Regna dabit Dominus Cyro, per eumque ſalutem:*
Per Chriſtum melior fiet in Orbe ſalus.
46 *Quod ſimulacra ruent, nequeantque juvare; redite*
Ad Dominum, cur his aſſimilaſtis eum?
47 *Perderis Babylon, quia ſæva, ſuperba, ſceleſta:*
Nec tibi ferre Magus, nec valet Augur opem.
48 *Non ſimulacra, Deus ventura revelat. Hebræos*
Taxat, at & redimet, queis malefacta nocent.

Digitized by Google

19 *Ægyptum perdent ſua ſchiſmata, conſiliumque*
Stultum; poſt Domino vota, fidemque dabit.
20 *Nudipes incedens Iſaïas, ſic fore durum*
Ægypti, Æthiopum vaticinatur onus.
21 *Per Medos Perſaſque ruet Babylonia. Triſte*
Portabunt Arabes, ac Idumaus onus.
22 *Crimina Jeruſalem perdent; Summuſq; Sacerdos*
Eliachim fiet, Sobna remotus erit.
23 *Triſte ſubibit onus Tyrus, & vaſtabitur; annos*
Poſt decies ſeptem reſtituenda dein.
24 *Puniet horrendè Deus omnia crimina mundi,*
Relliquia ſalva cantica læta dabunt.
25 *Laus grateſque Deo ſint, qui benefecit egenis,*
Mira patrans, lautum dans epulumq; ſuis.
26 *Cantantur laudes Domino, quia ſtravit iniquos*
Exaltans humiles, condecoranſque pios.
27 *Leviathan Deus, & munitam deſtruet urbem:*
Facta redux Dominum gens & Hebræa colet.
28 *Ebrietas Ephraïm, populiq; ſuperbia. Qui ſit*
Angulus in Sion, & Myſticus ecce lapis.
29 *Increpat hìc Ariël (Solymam) Deus, huicq; minatur,*
Hoſtibus atque ejus: poſtea fauſta dabit.
30 *Poſcet Hebræus opem fruſtra Pharaonis. Habebunt*
Læta boni, reprobis eſtque parata Topheth.
31 *Si quis opem petet Ægypti, cadet, ùt ruet ipſa.*
Aſſyriique luent. Tu reſipiſce Juda.
32 *Rex juſtus, ſapienſque reget, perdentur iniqui:*
Tunc æquum, verum, pax erit, atque ſalus.
33 *Atra manent hoſtes Solyma, ſed gloria ſanctos:*
Noſter erit Rex, & Legifer ipſe Deus.

34 Pen-

4 *Unum depoſcet mulier ſeptena maritum;*
Magnificum Domini tunc quoq; germen erit.
5 *Vinea labruſcas dans eſt Judæa ſceleſta,*
Hinc ruet: illius crimina magna nimis.
6 *Ter* Sanctus *clamant Seraphim, miſſuſq; Propheta*
Ad populum, cæcat quem ſua nequitia.
7 *Libera Jeruſalem duplici quòd ab hoſte manebit,*
Signum eſt quòd Virgo ſit paritura Deum.
8 *Progenerat natum hîc Iſaïas, cujus ab ortu*
Mox tum Damaſcus, tum Samaria luent.
9 *Parvulus eſt nobis natus, cui nomina magna.*
Gens quia Hebræa manet dura, ſuperba, luet.
10 *Væ tonat injuſtis. Domini Aſſur virga furoris,*
Ne Sion hanc timeas; ſors tibi fauſta manet.
11 *Flos de Jeſſæâ radice orietur, & ipſum*
Orabunt Gentes, conferet omne bonum.
12 *Dat Domino grates, & laudum cantica; gaudens*
De Salvatoris fontibus haurit aquas.
13 *Quod Babylonis onus, quaſnam Chaldæa ſtupendas*
Pœnas à Medis depopulata dabit.
14 *Liber Hebræus erit, Babylon cum Rege peribit,*
Ac, ut de cœlo Lucifer, ipſe ruet.
15 *Quale Moab portabit onus, pœnaſq; Propheta*
Exhibet, illius perniciemque dolet.
16 *Ad Sion è petrâ deſerti prodeat agnus.*
Nunc Moab haud metuit, mox miſeranda feret.
17 *Dira futura Syris. Urbs deſinet eſſe Damaſcus:*
Parvus erit numerus, gloria nulla Jacob.
18 *Cladibus Æthiopes ingentibus afficientur,*
Qui tandem Domino munera grata ferent.

19 Æ-

Digitized by Google

41 *Mors ut amara malis, juſtis eſt dulcis; eandem*
Non metuas; pudeat ſed quid adire nefas.
42 *Secretum ſerva: Tua ſit tibi filia curæ.*
Fœmina plus mulcens, quàm nocet ira viri.
43 *Sol, & Luna, Iris, Tonitru, Mare, cuncta creata*
Immenſum Dominum glorificare monent.
44 *Laudantur Proavi. Tranſlatus ſcribitur Henoch.*
Facta Noë, ac Abrahæ. De Iſaac, atque Jacob.
45 *Acta recenſentur Moyſis, ſimul ac Aaronis.*
Promeruit Phinees Pontificale decus.
46 *Magnanimus Joſuë, Caleb inclytus, ambo fideles.*
Debita Judicibus laus; Samuëlis honos.
47 *Laus Nathan, Regiſq; David; Salŏmonis & acta*
De ſtolido Roboam, Jeroboamque malo.
48 *Elias, Eliſæus item quàm mira patrarint.*
Rex Ezechias, ac Iſaïa pii.
49 *Joſiæ pietas. Jeremias, Ezechiëlque*
Laudantur, varii prætereaque Patres.
50 *Filius Oniæ Simon præclara peregit:*
A Jeſu Sirach ſcriptus & hicce liber.
51 *Fert Domino grates, a quo de mille periclis*
Erutus, obtinuit ſumma labore levi.

ISAIAS.

1 *ARguit Hebræos Iſaïas, ut reſipiſcant*
Admonet, addicens proſpera multa bonis.
2 *De Sion exibit Lex, quò Gens confluet omnis.*
Ob peccata Jacob abjicienda domus.
3 *Auferet à Juda validum Deus, & Sapientem:*
Criminaque, & luxum pœna ſequetur atrox.

26 *Laudatur mulier bona, vituperatur iniqua:*
Triſtia ſunt tria: Res difficileſque duæ.
27 *Pauperies, & opes multis ſunt cauſa ruinæ.*
Quas ſtruit inſidias quis, capietur eis.
28 *Sumere vindictam cave, & iram comprime; lites*
Vita: quale creet tertia lingua malum.
29 *Mutua da fratri; tibi præſtita redde fidelis.*
Laus Eleëmoſynæ. Non vagus hoſpes eris.
30 *Quiſquis amat natum caſtigat. Dives at æger*
Eſt miſer. Eſto hilaris, triſtitiamq; fuga.
31 *Laudatur dives, qui non ſperavit in auro.*
In menſâ probus, & ſobrius eſſe ſtude.
32 *Inſtruitur Rector, juveneſque ſeneſque docentur.*
Legem quære; nihil fac ſine conſilio.
33 *Cuncta Deus regit ut figulus limum. Omnia non des*
Ante obitum: ſervum dilige, flecte, ciba.
34 *Somnia qui curat reprehenditur, auguriumque,*
Atque inopem fraudans, & recidivus homo.
35 *Victima grata Deo eſt, ſed gratior eſt bona vita.*
Oppreſſi, juſti, vis viduæque precum.
36 *Orat ut Hebræis faveat Deus, impetat hoſtes,*
Ut noſcant omnes, glorificentque Deum.
37 *Conſule non quemvis tibi qui ſe dicit amicum.*
Vir ſapiens prodeſt; nemo Sophiſta placet.
38 *Ægrotus Dominum, Medicum, medicamen honoret:*
Luge, ſed breviter funera. Mechanici.
39 *Laus, opus, & ſtudium ſapientis: Cuncta creata*
Officiuntque malis, proficiuntque bonis.
40 *Sors hominum miſeranda. Luent graviora ſceleſti:*
Sunt meliora bonis: eſt & egere malum.

41 *Mors*

Digitized by Google

11 *Judicium moderare. Deus bona cauſat, & atra.*
Sis memor illorum, peſtiferumque cave.
12 *Tu benefac juſtis, non peccatoribus, hoſti*
Non credas, quamvis fingat amicitiam.
13 *Magnatum fugias conſortia; jungere parvis.*
Dives honoratur, pauper ubique jacet.
14 *Invidus eſt nequam. Miſer eſt opulentus avarus.*
Felix eſt ſapiens, juſtitiamque colens.
15 *Qui Dominum timet is faciet bona. Stultus iniquus.*
Non mala vult Dominus, liber at extat homo.
16 *Impia nil prodeſt ſoboles, citò namque peribit.*
Cuncta videt Dominus, cujus & acta latent.
17 *Condidit, edocuitque hominem, doniſq; replevit*
Omnipotens, clemens eſt, reſipiſce citò.
18 *Scrutari mortalis homo Divina nequibis:*
Funde preces ſemper juſtior eſſe ſtudens.
19 *Non citò crede, tace, vinumq; & ſcorta caveto:*
Corripias fratrem, ſis humiliſque, bonus.
20 *Correptus reſipiſce: loquax, donatur avarus,*
Nec mendax fueris, congrua diſce loqui.
21 *Ut faciem colubri fugias peccata, tibique*
Diſpliceat fatui, non ſapientis iter.
22 *Qui lapidandus iners. Eſt Muſica luctui inepta.*
Non doceas fatuum. Perſtet amicitia.
23 *Luxuriam, faſtumq;, gulam, jurare caveto.*
Quam grave adulterium. Cuncta videre Deum.
24 *Ante creaturas Sapientia nata, creavit*
Omnia; quàm bona ſit, quos amet, atque beet.
25 *Sunt tria grata Deo, tria ſunt odioſa, novenis*
Debita laus. Nequam fœmina grande malum.

26 *Lau-*

Digitized by Google

16 *Impia ſuſtinuit plagas Ægyptus acerbas :*
Manna Dei populo, ac Ortygometra data.
17 *Horribiles paſſus tenebras Ægyptius omnis,*
Dum clarum interea tamen in Orbe fuit.
18 *Lux fuit Hebræis, nubiſque columna in Eremo*
Dux ; ſed in Ægypto maſcula prima cadunt.
19 *Præbuit Hebræis mare ſemitam, & hauſit iniquos.*
Juſtitiæ famuli ſunt elementa Dei.

ECCLESIASTICUS.

1 *Alma coæva Deo Sapientia, qui dat eandem*
Illi, qui Dominum diligit, atque timet.
2 *Sis patiens, & crede Deo, cole, dilige, ſpera.*
Optima proveniunt quæque timore Dei.
3 *Qui patrem matremque colit benedicta reportat :*
Sed qui ſpernit eos is maledictus erit.
4 *Pauperibus pius, & ſapiens ſis, juſta tuêre :*
Ne fueris mendax, ſed nec avarus eris.
5 *Viribus aut opibus ne fidas, neve reverti*
Ad Dominum tardes, eſſe ſuſurro cave.
6 *Blanda loquela placet. Quis fidus ſit inter amicos.*
Eſſe ſtude ſapiens, perfice juſſa Dei.
7 *Finis ubiq; memor fuge crimina, ſperne Ducatum,*
Siſque Sacerdoti, ſis reverenſque Deo.
8 *Devita lites, ſeniores audi, & honora :*
Non cuivis homini cor aperito tuum.
9 *Quæ fugienda tibi mulier. Retinendus amicus*
Antiquus. Quem ſcis poſſe necare, cave.
10 *Urbis ut eſt Rector, ſic plebs. Nil pejus avaro.*
Vermis edet tumidum. Præſtat egente faber.

11 *Ju-*

1 Dilige juſtitiam: Deus omnia novit, & implet,
Effugiet fictum, perdet & ille malos.
2 Impii amant mundi bona, nec cœleſtia credunt,
Hinc odioſus eis juſtus, eumque necant.
3 Mors bona juſtorum; probat hos tribulatio ut aurum
Ignis; at injuſtis mors mala, pœna gravis.
4 Caſta nitet, ſemperque manet generatio. Juſtum,
Ne pervertatur, mors inopina rapit.
5 Serò nimis flebunt reprobi quòd inania amârint,
Stultitiamque ſuam, difficileſque vias.
6 Vir prudens melior forti. Rectoribus inſtat
Judicium durum, ni ſapienter agant.
7 Quanta ſibi data ſit ſapientia, quantaq; præſtet:
Prætulit hanc opibus Salomon, atque Thronis.
8 Dat, docet, atque beat ſapientia: Salomon illam
Vult, & amat, Dominus quit dare ſolus eam.
9 Ut ſibi donetur ſapientia Salomon orat:
Hæc dubias hominum dirigit una vias.
10 Rexit, & adjuvit priſcos Sapientia Patres,
Tranſtulit Hebræos per mare, opeſq; dedit.
11 Potavit Deus Hebræos, duxitque in Eremo:
Plexuit Ægyptum, ſed patienter agens.
12 Non punit ſubitò Deus, ipſis ſed Chananæis,
Ut ſe corrigerent, tempus opemque dedit.
13 Toti deſipiunt homines ſimulacra colentes:
Nam monſtrant unum cuncta creata Deum.
14 Navi facta ſalus. Quæ cauſa Idololatriæ;
Criminibus cunctis illa replevit humum.
15 Sunt ſimulacra nihil, figulus cùm fabricet illa;
Cultores nequeunt ipſa juvare ſuos.

16 Im-

6 *Eſt miſer, & vecors opibus qui neſciat uti,*
Prole licet dives vixerit ille diu.
7 *Grandia ne quæras, iram fuge, ſperne voluptam,*
Nec ſapias nimium. Fœmina grande malum.
8 *Juſſa Dei ſerva: quia non citò punit, iniqui*
Crimina multiplicant. Nemo ſcit acta Dei.
9 *An ſis dignus amore latet te, nunc operare.*
Mors inſtat. Capitur piſcis ad inſtar homo.
10 *Quid ſapiens, quid ſtultus agat. Detractor ut an-*
Mordet in occulto. Rex puerilis obeſt. (guis
11 *Sis inopi largus; prope mors eſt, judiciumque:*
Ergo operare bonum, ſitque libido procul.
12 *Eſto Creatoris memor ante ſenectam, obitumq;*
Hunc cole, judicium de omnibus ipſe feret.

CANTICA.

1 *Oſcula ſponſa petit, cupit ubera, vult trahat ipſam*
Ut ſponſus: ſponſam ſervet & ipſe ſuam.
2 *Flos campi ſponſus, ſaliens in montibus, ejus*
Sponſaque languet amans, audit: Amica veni.
3 *Sponſa ſuum quærit, reperitque, & ſtringit amicum:*
Nemo turbet eam. Regia Rheda, quiës.
4 *Membra ſua ſponſæ dilaudat ſingula ſponſus;*
Non habet hæc maculam, clauſus & hortus ea.
5 *Sponſa ſuum, ſponſusq; ſuam hîc invitat ad hortum:*
Laudat & hæc ſponſi ſingula membra ſui.
6 *Lilia ſponſus amat, cui ſponſa decora, ſuavis,*
Ut Sol, Luna, Acies terribiliſque micat.
7 *Membra Sulamitis deprædicat omnia rurſum*
Sponſus, eumque rogat ſponſa venire foras.
8 *Sponſa domi matris ſponſum cupit, oſcula quærit,*
Innixa eſt ſponſo, delitiiſque fluens.

Digitized by Google

23 *Non inhies opibus, comedas cum Principe prudens:*
A te ſint meretrix, ebrietaſque procul.
24 *Non imitere malos. Donat ſapientia vires.*
Sæpè cadit juſtus. Sunt mala multa pigris.
25 *Sis humilis, ſecreta tene, benefac inimicis.*
Triſtitia, & mulier litigioſa gravant.
26 *Gloria non quadrat ſtulto, reſponſio danda*
Qualis es. In foveam, qui fodit ipſe cadet.
27 *Ne temet laudes, iram fuge, ſerva at amicum,*
Et mala declina, noſce pecuſque tuum.
28 *Eſt melior pauper ſimplex, quam dives iniquus:*
Hic pavet, iſte leo eſt. Fiet avarus inops.
29 *Laus Regis juſti. Perdetur corripientem*
Contemnens. Humilem gloria ſuſcipiet.
30 *Ne ſit dives, inopſve rogat, moderata requirit.*
Mira. Perita. Mala, ac Inſaturabilia.
31 *Porrige mœrenti vinum, non Regibus. Æquum*
Jus dic. Quæ fortis fœmina, rara datur.

ECCLESIASTES.

1 *OMnia vana, nihil, mentiſque afflictio magna.*
Nil ſub ſole novum eſt. Omnia ſcire nequis.
2 *Deliciis opibuſque frui eſt afflictio vana.*
Indoctus moritur, doctus, avarus, inops.
3 *Omnia tempus habent, unus pecorumq; hominumq;*
Interitus. Lætus ſis, operâre bonum.
4 *Opprimit inſontes hic, invidet alter, acervat*
Unus opes. Præſtans eſt ſimul eſſe duos.
5 *Da tua vota Deo. Numquam ſatiatur avarus.*
Sæpè nocent gazæ, nec datur hiſce frui.

6 *Eſt*

Digitized by Google

8 *Alma, coæva Deo, Sapientia cuncta creavit,*
Præſtat opes, vires, & decus, una beat.

9 *Ædificatque domum Sapientia, & advocat omnes:*
Hanc ſtulti rident, erudit ipſa pios.

10 *Inſipiens, ſapiens, probus, improbus unde ſciantur?*
Scilicet acta viros, atque loquela probant.

11 *Commoda Juſtitiæ, Virtutes proſpera cauſant;*
Crimina damnificant, divitiæque malæ.

12 *Diſciplina placet ſapientibus, otia ſtultis:*
Improbitaſque nocet, ſunt bona multa probis.

13 *Cuſtodit ſapiens os; jurgia multa ſuperbis:*
Spes dilata premit. Sunt mala multa malis.

14 *Nil benè ſuccedit ſtolidis; ſapientibus autem*
Omnia, qui rectè ſeque ſuoſque regunt.

15 *Omnia nota Deo. Sapientis amœna loquela;*
Mens ſecura. Domum turbat avarus homo.

16 *Os hominiſque vias Dominus regit; omnia propter*
Se facit, inflatos odit, amatque bonos.

17 *Corda probat Dominus. Non deſpiciatur egenus:*
Diſcas; &, ſapiens ut videare, tace.

18 *Contemnit, peccatorum dum venit in imum,*
Impius. In lingua eſt, vitaque morſque manu.

19 *Multos dives, inops nullos numerabit amicos.*
Eſt melior ſtolido divite rectus inops.

20 *Ebrietas, rixæ, ſocordia, pondus iniquum,*
Quærere vindictam, frangere vota, nefas.

21 *In manibus Domini cor Regis. Largus egenis*
Eſto, juſtitiam dilige, furta cave.

22 *Fama opibus præſtat, ſenibus ſtat vita juventæ.*
Munditiam cordis dilige. Verba pigri.

Digitized by Google

CXLVI. Laudate Dominum, quoniam.

Collaudate Deum, laude eſt digniſſimus omni,
Juſtus enim, clemens eſt, ſapienſque, bonus.

CXLVII. Lauda Jeruſalem Dominum.

Lauda Jeruſalem Dominum, quia munera ſumma
Præ reliquis populis contulit ipſe tibi.

CXLVIII. Laudate Dominum de cœlis.

De cœlis laudate Deum; laudate creata
Cuncta; ſenes, juvenes magnificate Deum.

CXLIX. Cantate Domino.

Concelebrate Deum cujus bonitate manebit
Hoſtibus everſis gloria magna Sion.

CL. Laudate Dominum in Sanctis.

In Sanctis laudate Deum per Muſica quævis
Organa; collaudet ſpiritus omnis eum.

PROVERBIA.

1 *UT ſapias Divina monet Sapientia; pravos*
Devita ſocios, ne mala multa feras.

2 *Quæ bona procurat, mala quæ Sapientia pellit;*
Hâc duce tutus eris, deficiente cades.

3 *Sis miſerans, patiens, ſapiens, Dominumque timeto;*
Non imitêre malos: tunc tibi fauſta fluent.

4 *Quanta ſit utilitas Sapientiæ: iniqua caveto;*
Cuſtodi bene cor, os, oculoſque, pedes.

5 *Non ſit amica tibi meretrix, vel adultera quævis:*
Uxorem tantùm dilige, quæſo, tuam.

6 *Inſtruitur ſponſor: Pigrum formica docebit:*
Qualis Apoſtata: Quæ ſint odioſa Deo.

7 *Sis fili ſapiens; ut adultera perfidioſa*
Te blandimentis non trahat, atque necet.

Digitized by Google

CXXXVI. Super flumina.

Luget, & ad patriam populus captivus anhelat,
Supplicium que malis vaticinatur atrox.

CXXXVII. Confitebor tibi.

Exauditus agit grates, canit, & monet omnes
Ut cantent, quoniam gloria magna Dei.

CXXXVIII. Domine probaſti.

Extat ubique Deus, videt omnia, cuncta gubernat:
Juſtus eum laudat, perſequiturque malos.

CXXXIX. Eripe me Domine.

Orat iniquorum preſſuris eripi, ut enſes
Qui linguas acuunt, bella doloſque parant.

CXL. Domine clamavi ad te.

Ne cadat in linguæ peccata precatur; iniquos
Odit, & ut fiat liber ab hoſte rogat.

CXLI. Voce meâ ad Dominum.

In ſummo poſitus diſcrimine flagitat, ipſum
Ut Deus Omnipotens adjuvet atque beet.

CXLII. Domine exaudi.

Orat opemque petit preſſus vehementer ab hoſte,
Dirigat utque viam Spiritus ille bonus.

CXLIII. Benedictus Dominus.

Fert Domino grates tribuit quia de hoſte triumphum;
Divitiæ proſunt nîl, ſed amare Deum.

CXLIV. Exaltabo te Deus.

Summa Dei eſt bonitas, majeſtas, cura, poteſtas:
Glorificent igitur cuncta creata Deum.

CXLV. Lauda anima mea.

Spes hominum fallax, Dominus ſpes certa ſalutis,
Erigit eliſos, pauperibuſque favet.

CXLVI.

Digitized by Google

CXXVI. Niſi Dominus ædificaverit.

Ni juvet Omnipotens, in vanum quiſque laborat:
Somnum dilectis, & bona multa dabit.

CXXVII. Beati omnes, qui.

Qui metuit Dominum creſcet quaſi vitis abundans:
Atque ut oliva ferax ſic benedictus erit.

CXXVIII. Sæpè expugnaverunt.

Oppugnata diu, ſuperata Eccleſia numquam,
Hoſtibus everſis gaudet, ovanſque canit.

CXXIX. De profundis.

Mens depreſſa malis Dominum ſpe plena precatur,
Ut veniam culpis det, redimatque pius.

CXXX. Domine non eſt exaltatum.

Non cor elatum, nec ad alta Davidis anhelans:
Aſt ablactati parvuli ad inſtar erat.

CXXXI. Memento Domine David.

Ob David, aut potius Chriſtum, regnum oro perenne,
In quo ſit pietas, pax, habiteſque Deus.

CXXXII. Ecce quàm bonum.

Quàm bona, quàm dulcis concordia ſancta piorum!
Ut ros in montem, ut Chriſma ſuave fluit.

CXXXIII. Ecce nunc benedicite.

Ut ſervi Dominum benedicant jugiter, inſtat;
In Dominique domo nocte dieque canant.

CXXXIV. Laudate nomen Domini

Quanta Deus populo bona præſtitit exhibet; inde
Provocat ut Dominum, non ſimulacra colat.

CXXXV. Confitemini Domino.

Quòd bonitas ſit ſumma Dei, & miſeratio jugis,
Omnibus hìc repetit verſibus, atque probat.

CXXXVI.

Digitized by Google

CXVI. Laudate Dominum omnes.

Ut laudent Dominum gentes populoſque precatur:
Nam pius, & verax ſemper & eſt, & erit.

CXVII. Confitemini Domino.

Chriſtus ovat, laudatq; Deum de morte reſurgens:
Hic lapis eſt quo ſtat fabrica ſacra domûs.

CXVIII. Beati immaculati in via.

Viginti, atque duo canit octonaria Vates,
Queis Legem laudat; juſtitiamque docet.

CXIX. Ad Dominum cùm.

Ad patriam juſtus tribulatus & exul anhelat:
Atque ut non noceat lingua doloſa, petit.

CXX. Levavi oculos meos.

In montes oculos levat, auxiliumque reportat:
Servat enim Dominus, præſtat opemque piis.

CXXI. Lætatus ſum in his.

Jeruſalem Domini domus eſt, & regia ſedes,
Laudat eam gaudens, hanc quia adire datur.

CXXII. Ad te levavi oculos.

A Domino juſtus dum divitis, atque ſuperbi
Opprobriis premitur, flagitat auxilium.

CXXIII. Niſi quia Dominus.

Nos vivos homines glutiſſent, nî Deus eſſet
In nobis, laqueis eruit ipſe ſuos.

CXXIV. Qui confidunt in Domino.

In Domino fidens perſtabit montis ad inſtar,
Nam juſtos Dominus ſervat, eiſque favet.

CXXV. In convertendo.

Conſolata canit Domino plebs libera facta:
Seminat in lacrymis, læta ſed illa metet.

CXXVI.

Digitized by Google

CVI. Confitemini Domino. 3.

Collaudate Deum miſeratio cujus Hebrais
Adſuit in magnis, eripuitque malis.

CVII. Paratum cor meum Deus.

Hoſtibus ereptus variis, ſperanſque triumphum
De cunctis, Domino gratus ovanſque canit.

CVIII. Deus laudem meam.

Triginta maledicta Juda, quia prodet Ieſum,
Eventura refert, auxiliumque petit.

CIX. Dixit Dominus Domino.

A dextris Domini Chriſtus ſedet, ipſe Sacerdos
Ordine Melchiſedech, filius eſtque Dei.

CX. Confitebor tibi Domine.

Magna Dei benefacta canit, ſpecialiter eſcam,
Et Legem populo cœlitùs eſſe datas.

CXI. Beatus vir, qui timet.

Juſtus homo metuit Dominum, miſeretur egeno:
In vita felix, poſtque beatus erit.

CXII. Laudate pueri Dominum.

Reſpicit exaltatque humiles Altiſſimus ipſe
Omnipotenſque Deus, gloria detur ei.

CXIII. In exitu Iſraël.

De Ægypto Hebraos Dominus tulit, atque ſtupenda
Fecit; hic ergo Deus, ſunt ſimulacra nihil.

CXIV. Dilexi, quoniam.

Cantat amatq; Deum per quem de mille periclis
Erutus eſt, ideo jugè placebit ei.

CXV. Credidi propter quod.

In ſervum Domini calicem bibiturus amarum,
Se dicat, & grates, ac pia vota facit.

Digitized by Google

XCVI. Dominus regnavit, exultet.

Adveniet Judex Dominus, flagrabit & orbis:
Læta dies juſtis, horribiliſque malis.

XCVII. Cantate Domino. 2.

Pſallite, mox aderit mundi Salvator Ieſus,
Qui Judex orbis poſtea juſtus erit.

XCVIII. Dominus regnavit, iraſcantur.

Admonet ut Dominum cuncti reverenter adorent,
Ut Moyſes, Aaron, ut Samuëlque pius.

XCIX. Jubilate Deo.

Laudantes jubilate Deo, qui cuncta creavit,
Quique regit populum paſtor ut almus oves.

C. Miſericordiam & judicium.

Principis officium recti deſcribit, & egit
David, juſtitiam cum pietate colens.

CI. Domine exaudi.

Pauper opem Domini petit anxius; audiet ille
Vinctorum gemitus, reſtituetque Sion.

CII. Benedic anima mea. 1.

Quanta Dei bonitas, clementia, gratia; laudet
Angelus hunc omnis, cuncta creata quoque.

CIII. Benedic anima mea. 2.

Laus Domino cujus ſapientia, cura, poteſtas
Omne quod in mundo eſt condidit, atque regit.

CIV. Confitemini Domino. 1.

Summa Dei benefacta refert, quæ præſtitit olim
Hebræis; gratos vult memoreſque David.

CV. Confitemini Domino. 2.

Quam Deus eſt clemens! quàm ſæpè pepercit Hebræis!
Gens ingrata tamen, prava, rebellis erat.

Digitized by Google

LXXXVI. Fundamenta ejus.

Fundamenta Sion in ſanctis montibus; omni
Gente replenda, potens, inclyta, chara Deo eſt.

LXXXVII. Domine Deus ſalutis.

Acriter afflictus, mœrore, labore gravatus,
Auxilium Domini nocte dieque petit.

LXXXVIII. Miſericordias Domini.

Ut citò Meſſias veniat, regnumque Davidis
Collapſum ſurgat, perpetuetque, rogat.

LXXXIX. Domine refugium.

Humana vita brevitas, ærumna, laborque.
His preſſus Domini ſperat, & orat opem.

XC. Qui habitàt.

Auxilio quicumque tuo Celſiſſime fidit,
Protectus cœli Numine tutus erit.

XCI. Bonum eſt confiteri.

Collaudate Deum; mundum regit, atque gubernat,
Injuſtos damnat, ſalvat amatque bonos.

XCII. Dominus regnavit, decorem.

Regnat in orbe Deus, quod terra fatetur, & unda
Vocibus elatis: Sanctaque Sancta decent.

XCIII. Deus ultionum Dominus.

Sit licet hîc preſſus bonus, & ſit proſper iniquus,
Ultor erit Deus his, retribuetque piis.

XCIV. Venite exultemus Domino.

Ne velut ingrati requie privemur Hebræi,
Laudemus toto corde, opere, ore Deum.

XCV. Cantate Domino. I.

Omnis terra Deo nova cantica cantet adorans:
Nam venit ut mundum corrigat, atque beet.

Digitized by Google

LXXVI. Voce meâ ad Dominum.

Ad Dominum clamat juſtus tribulatus; opemque
Sperat, dum recolit priſtina facta Dei.

LXXVII. Attendite popule meus.

Olim contigerint quæ fauſta recenſet, & atra,
Ut populus pravos non imitetur avos.

LXXVIII. Deus venerunt gentes.

Flet miſeram populi, Templi, Solymæq; ruinam:
Orat ut in gentes ſæviat ira Dei.

LXXIX. Qui Regis Iſraël.

Gens deſtructa gemit quondam ceu vinea culta,
Et Domini ut rurſum floreat orat opem.

LXXX. Exultate Deo.

Admonet ut populus celebret ſua feſta, Deoque
Sit gratus, recolens quæ bona fecit ei.

LXXXI. Deus ſtetit in Synagogâ.

Increpat injuſtos Deus, exitiumque minatur
Judicibus populi, nî benè munus agant.

LXXXII. Deus quis ſimilis.

In populum Domini conſpirant undique Gentes;
Ut priſcos hoſtes, hos quoque cæde Deus.

LXXXIII. Quàm dilecta tabernacula.

Sancta, beata Dei ſuſpirat ad atria juſtus:
O ter felices qui potiuntur eis!

LXXXIV. Benedixiſti Domine.

Supplicat ut Dominus ſolitâ pietate gementes
Per Chriſtum populos liberet, atque beet.

LXXXV. Inclina Domine aurem.

Poſtulat auxilium Domini tribulatus: Adibit
Gens omnis Dominum, & glorificabit eum.

LXXXVI.

LXVI. Deus miſereatur noſtri.

Ad Chriſtum Dominum juſtus vehementer anhelat;
Ut cuncti populi confiteantur ei.

LXVII. Exurgat Deus.

Surge Deus, fugiant hoſtes, Tu tanta patraſti
Antiqua Legis tempore, plura Nova.

LXVIII. Salvum me fac Deus.

Chriſtus opem patiens petit, accipit, atque prophetat
Hoſtibus exitium: Laus datur inde Deo.

LXIX. Deus in adjutorium.

Salvus ut afflictus ſit, confundantur, & hoſtes
Auxilium Domini forte citumque petit.

LXX. In te Domine ſperavi.

In Domino ſperans, ut ab hoſtibus eruat, orat;
Deſerat & numquam, laudet ut uſque Deum.

LXXI. Deus judicium tuum.

Per Salomonis opes, & regnum, Chriſti opulentum,
Amplum, æquum, felix, mite, perenne, canit.

LXXII. Quam bonus Iſraël.

Proſperitas juſtos moveat ne falſa malorum:
Peſſima nam manet hos, optima ſorſque bonos.

LXXIII. Ut quid Deus repuliſti.

Plebs attrita malis, conſumptaque penè per hoſtes,
Flens ſupplex Domini flagitat auxilium.

LXXIV. Confitebimur tibi Deus.

Injuſti timeant, juſti lætentur; habebit
Judicio Domini præmia quiſque ſua.

LXXV. Notus in Judæa.

Exaltat Dominum cunctos quia depulit hoſtes;
Et per eum quia pax eſt data plena bonis.

Digitized by Google

LVI. Miſerere mei Deus, miſerere.

In Domino fidens ſalvatus ab hoſte maligno,
Fert grates Domino, lætus eique canit.

LVII. Si verè utique.

Taxat iniquorum rabiem, exitiumque prophetat,
Quod cernens juſtus lætificatus erit.

LVIII. Eripe me de.

Juſtus ab injuſtis circumdatus orat ut hoſtes
Diſperdat Dominus, liberet atque pios.

LIX. Deus repuliſti nos.

Gens ſua quam Deus offenſus ſubiecerat hoſti,
Permultos populos vincet agente Deo.

LX. Exaudi Deus deprecationem.

Juſtus agit Domino grates, quia præſtitit ipſi
Imploratus opem, jugiter inde canet.

LXI. Nonne Deo ſubjecta.

Subjiciâre Deo, qui ſpes eſt certa, ſaluſque:
Divitiæ vanæ ſunt, homineſque mali.

LXII. Deus Deus meus ad te.

Ad Dominum vigilans patriam ſitit, auxiliumque
In Domino fidens poſcit in exilio.

LXIII. Exaudi Deus orationem.

Nîl poterunt hoſtes rabieque, calumniâ, & aſtu
Adverſus juſtum, nam Deus aſtat ei.

LXIV. Te decet hymnus.

E Babylone redux Dominum gens laudat Hebræa.
Cœleſtem patriam juſtus anhelat ovans.

LXV. Jubilate Deo omnis terra.

Omnis terra Deo jubilet, quia tanta peregit:
Et prius afflictos proſperitate beat.

Digitized by Google

CXLVI. Laudate Dominum, quoniam.

Collaudate Deum, laude eſt digniſſimus omni,
Juſtus enim, clemens eſt, ſapienſque, bonus.

CXLVII. Lauda Jeruſalem Dominum.

Lauda Jeruſalem Dominum, quia munera ſumma
Præ reliquis populis contulit ipſe tibi.

CXLVIII. Laudate Dominum de cœlis.

De cœlis laudate Deum; laudate creata
Cuncta; ſenes, juvenes magnificate Deum.

CXLIX. Cantate Domino.

Concelebrate Deum cujus bonitate manebit
Hoſtibus everſis gloria magna Sion.

CL. Laudate Dominum in Sanctis.

In Sanctis laudate Deum per Muſica quævis
Organa; collaudet ſpiritus omnis eum.

PROVERBIA.

1 *UT ſapias Divina monet Sapientia; pravos*
Devita ſocios, ne mala multa feras.

2 *Quæ bona procurat, mala quæ Sapientia pellit;*
Hâc duce tutus eris, deficiente cades.

3 *Sis miſerans, patiens, ſapiens, Dominumque timeto;*
Non imitêre malos: tunc tibi fauſta fluent.

4 *Quanta ſit utilitas Sapientiæ: iniqua caveto;*
Cuſtodi bene cor, os, oculoſque, pedes.

5 *Non ſit amica tibi meretrix, vel adultera quævis:*
Uxorem tantùm dilige, quæſo, tuam.

6 *Inſtruitur ſponſor: Pigrum formica docebit:*
Qualis Apoſtata: Quæ ſint odioſa Deo.

7 *Sis fili ſapiens, ut adultera perfidioſis*
Te blandimentis non trahat, atque necet.

CXXXVI. Super flumina.

Luget, & ad patriam populus captivus anhelat,
Suppliciumque malis vaticinatur atrox.

CXXXVII. Confitebor tibi.

Exauditus agit grates, canit, & monet omnes
Ut cantent, quoniam gloria magna Dei.

CXXXVIII. Domine probaſti.

Extat ubique Deus, videt omnia, cuncta gubernat:
Juſtus eum laudat, perſequiturque malos.

CXXXIX. Eripe me Domine.

Orat iniquorum preſſuris eripi, ut enſes
Qui linguas acuunt, bella doloſque parant.

CXL. Domine clamavi ad te.

Ne cadat in linguæ peccata precatur; iniquos
Odit, & ut fiat liber ab hoſte rogat.

CXLI. Voce meâ ad Dominum.

In ſummo poſitus diſcrimine flagitat, ipſum
Ut Deus Omnipotens adjuvet atque beet.

CXLII. Domine exaudi.

Orat opemque petit preſſus vehementer ab hoſte,
Dirigat utque viam Spiritus ille bonus.

CXLIII. Benedictus Dominus.

Fert Domino grates tribuit quia de hoſte triumphum;
Divitiæ proſunt nîl, ſed amare Deum.

CXLIV. Exaltabo te Deus.

Summa Dei eſt bonitas, majeſtas, cura, poteſtas:
Glorificent igitur cuncta creata Deum.

CXLV. Lauda anima mea.

Spes hominum fallax, Dominus ſpes certa ſalutis,
Erigit eliſos, pauperibuſque favet.

Digitized by Google

CXXVI. Niſi Dominus ædificaverit.

Nî juvet Omnipotens, in vanum quiſque laborat:
Somnum dilectis, & bona multa dabit.

CXXVII. Beati omnes, qui.

Qui metuit Dominum creſcet quaſi vitis abundans:
Atque ut oliva ferax ſic benedictus erit.

CXXVIII. Sæpè expugnaverunt.

Oppugnata diu, ſuperata Eccleſia numquam,
Hoſtibus everſis gaudet, ovanſque canit.

CXXIX. De profundis.

Mens depreſſa malis Dominum ſpe plena precatur,
Ut veniam culpis det, redimatque pius.

CXXX. Domine non eſt exaltatum.

Non cor elatum, nec ad alta Davidis anhelans:
Aſt ablactati parvuli ad inſtar erat.

CXXXI. Memento Domine David.

Ob David, aut potius Chriſtum, regnum oro perennet,
In quo ſit pietas, pax, habiteſque Deus.

CXXXII. Ecce quàm bonum.

Quàm bona, quàm dulcis concordia ſancta piorum!
Ut ros in montem, ùt Chriſma ſuave fluit.

CXXXIII. Ecce nunc benedicite.

Ut ſervi Dominum benedicant jugiter, inſtat;
In Dominique domo nocte dieque canant.

CXXXIV. Laudate nomen Domini

Quanta Deus populo bona praſtitit exhibet; inde
Provocat ut Dominum, non ſimulacra colat.

CXXXV. Confitemini Domino.

Quòd bonitas ſit ſumma Dei, & miſeratio jugis,
Omnibus hîc repetit verſibus, atque probat.

CXXXVI.

Digitized by Google

CXVI. Laudate Dominum omnes.

Ut laudent Dominum gentes populoſque precatur:
Nam pius, & verax ſemper & eſt, & erit.

CXVII. Confitemini Domino.

Chriſtus ovat, laudatq; Deum de morte reſurgens:
Hic lapis eſt quo ſtat fabrica ſacra domûs.

CXVIII. Beati immaculati in via.

Viginti, atque duo canit octonaria Vates,
Queis Legem laudat; juſtitiamque docet.

CXIX. Ad Dominum cùm.

Ad patriam juſtus tribulatus & exul anhelat:
Atque ut non noceat lingua doloſa, petit.

CXX. Levavi oculos meos.

In montes oculos levat, auxiliumque reportat:
Servat enim Dominus, præſtat opemque piis.

CXXI. Lætatus ſum in his.

Jeruſalem Domini domus eſt, & regia ſedes,
Laudat eam gaudens, hanc quia adire datur.

CXXII. Ad te levavi oculos.

A Domino juſtus dum divitis, atque ſuperbi
Opprobriis premitur, flagitat auxilium.

CXXIII. Niſi quia Dominus.

Nos vivos homines glutiſſent, nî Deus eſſet
In nobis, laqueis eruit ipſe ſuos.

CXXIV. Qui confidunt in Domino.

In Domino fidens perſtabit montis ad inſtar,
Nam juſtos Dominus ſervat, eiſque favet.

CXXV. In convertendo.

Conſolata canit Domino plebs libera facta:
Seminat in lacrymis, læta ſed illa metet.

CXXVI.

CVI. Confitemini Domino. 3.

Collaudate Deum miſeratio cujus Hebrais
Adfuit in magnis, eripuitque malis.

CVII. Paratum cor meum Deus.

Hoſtibus ereptus variis, ſperanſque triumphum
De cunctis, Domino gratus ovanſque canit.

CVIII. Deus laudem meam.

Triginta maledicta Juda, quia prodet Ieſum,
Eventura refert, auxiliumque petit.

CIX. Dixit Dominus Domino.

A dextris Domini Chriſtus ſedet, ipſe Sacerdos
Ordine Melchiſedech, filius eſtque Dei.

CX. Confitebor tibi Domine.

Magna Dei benefacta canit, ſpecialiter eſcam,
Et Legem populo cœlitùs eſſe datas.

CXI. Beatus vir, qui timet.

Juſtus homo metuit Dominum, miſeretur egeno;
In vita felix, poſtque beatus erit.

CXII. Laudate pueri Dominum.

Reſpicit exaltatque humiles Altiſſimus ipſe
Omnipotenſque Deus, gloria detur ei.

CXIII. In exitu Iſraël.

De Ægypto Hebræos Dominus tulit, atque ſtupenda
Fecit; hic ergo Deus, ſunt ſimulacra nihil.

CXIV. Dilexi, quoniam.

Cantat amatq́; Deum per quem de mille periclis
Erutus eſt, ideo jugè placebit ei.

CXV. Credidi propter quod.

In ſervum Domini calicem bibiturus amarum,
Se dicat, & grates, ac pia vota facit.

Digitized by Google

XCVI. Dominus regnavit, exultet.

Adveniet Judex Dominus, flagrabit & orbis:
Læta dies juſtis, horribiliſque malis.

XCVII. Cantate Domino. 2.

Pſallite, mox aderit mundi Salvator Ieſus,
Qui Judex orbis poſtea juſtus erit.

XCVIII. Dominus regnavit, iraſcantur.

Admonet ut Dominum cuncti reverenter adorent,
Ut Moyſes, Aaron, ùt Samuëlque pius.

XCIX. Jubilate Deo.

Laudantes jubilate Deo, qui cuncta creavit,
Quique regit populum paſtor ùt almus oves.

C. Miſericordiam & judicium.

Principis officium recti deſcribit, & egit
David, juſtitiam cum pietate colens.

CI. Domine exaudi.

Pauper opem Domini petit anxius; audiet ille
Vinctorum gemitus, reſtituetque Sion.

CII. Benedic anima mea. 1.

Quanta Dei bonitas, clementia, gratia; laudet
Angelus hunc omnis, cuncta creata quoque.

CIII. Benedic anima mea. 2.

Laus Domino cujus ſapientia, cura, poteſtas
Omne quod in mundo eſt condidit, atque regit.

CIV. Confitemini Domino. 1.

Summa Dei benefacta refert, quæ præſtitit olim
Hebræis; gratos vult memoreſque David.

CV. Confitemini Domino. 2.

Quam Deus eſt clemens! quàm ſæpè pepercit Hebræis!
Gens ingrata tamen, prava, rebellis erat.

CVI.

Digitized by Google

LXXXVI. Fundamenta ejus.

Fundamenta Sion in ſanctis montibus; omni
Gente replenda, potens, inclyta, chara Deo eſt.

LXXXVII. Domine Deus ſalutis.

Acriter afflictus, mœrore, labore gravatus,
Auxilium Domini nocte dieque petit.

LXXXVIII. Miſericordias Domini.

Ut citò Meſſias veniat, regnumque Davidis
Collapſum ſurgat, perpetuetque, rogat.

LXXXIX. Domine refugium.

Humanæ vitæ brevitas, ærumna, laborque.
His preſſus Domini ſperat, & orat opem.

XC. Qui habitat.

Auxilio quicumque tuo Celſiſſime fidit,
Protectus cœli Numine tutus erit.

XCI. Bonum eſt confiteri.

Collaudate Deum; mundum regit, atque gubernat,
Injuſtos damnat, ſalvat amatque bonos.

XCII. Dominus regnavit, decorem.

Regnat in orbe Deus, quod terra fatetur, & unda
Vocibus elatis: Sanctaque Sancta decent.

XCIII. Deus ultionum Dominus.

Sit licet hìc preſſus bonus, & ſit proſper iniquus,
Ultor erit Deus his, retribuetque piis.

XCIV. Venite exultemus Domino.

Ne velut ingrati requie privemur Hebræi,
Laudemus toto corde, opere, ore Deum.

XCV. Cantate Domino. 1.

Omnis terra Deo nova cantica cantet adorans:
Nam venit ut mundum corrigat, atque beet.

XCVI.

Digitized by Google

LXXVI. Voce meâ ad Dominum.

Ad Dominum clamat juſtus tribulatus, eumque
Sperat, dum recolit priſca facta Dei.

LXXVII. Attendite popule meus.

Olim contigerant quæ facta recenſet, & atra,
Ut populus pravos non imitetur avos.

LXXVIII. Deus venerunt gentes.

Flet miſeram populi, Templi, Solymæq; ruinam:
Orat ut in gentes ſæviat ira Dei.

LXXIX. Qui Regis Iſraël.

Gens deſtructa gemit quondam ceu vinea culta,
Et Domini ut rurſum floreat orat opem.

LXXX. Exultate Deo.

Admonet ut populus celebret ſua feſta, Deoque
Sit gratus, recolens quæ bona fecit ei.

LXXXI. Deus ſtetit in Synagogâ.

Increpat injuſtos Deus, exitiumque minatur
Judicibus populi, nî benè munus agant.

LXXXII. Deus quis ſimilis.

In populum Domini conſpirant undique Gentes;
Ut priſcos hoſtes, hos quoque cæde Deus.

LXXXIII. Quàm dilecta tabernacula.

Sancta, beata Dei ſuſpirat ad atria juſtus:
O ter felices qui potiuntur eis!

LXXXIV. Benedixiſti Domine.

Supplicat ut Dominus ſolitâ pietate gementes
Per Chriſtum populos liberet, atque beet.

LXXXV. Inclina Domine aurem.

Poſtulat auxilium Domini tribulatus: Adibit
Gens omnis Dominum, & glorificabit eum.

Digitized by Google

LXVI. Deus miſereatur noſtri.

Ad Chriſtum Dominum juſtus vehementer anhelat,
Ut cuncti populi confiteantur ei.

LXVII. Exurgat Deus.

Surge Deus, fugiant hoſtes, Tu tanta patraſti
Antiqua Legis tempore, plura Nova.

LXVIII. Salvum me fac Deus.

Chriſtus opem patiens petit, accipit, atque prophetat
Hoſtibus exitium: Laus datur inde Deo.

LXIX. Deus in adjutorium.

Salvus ut afflictus ſit, confundantur, & hoſtes
Auxilium Domini forte citumque petit.

LXX. In te Domine ſperavi.

In Domino ſperans, ut ab hoſtibus ernat, orat;
Deſerat & numquam, laudet ut uſque Deum.

LXXI. Deus judicium tuum.

Per Salomonis opes, & regnum, Chriſti opulentum;
Amplum, æquum, felix, mite, perenne, canit.

LXXII. Quam bonus Iſraël.

Proſperitas juſtos moveat ne falſa malorum:
Peſſima nam manet hos, optima ſorſque bonos.

LXXIII. Ut quid Deus repuliſti.

Plebs attrita malis, conſumptaque penè per hoſtes,
Flens ſupplex Domini flagitat auxilium.

LXXIV. Confitebimur tibi Deus.

Injuſti timeant, juſti lætentur; habebit
Judicio Domini præmia quiſque ſua.

LXXV. Notus in Judæa.

Exaltat Dominum cunctos quia depulit hoſtes,
Et per eum quia pax eſt data plena bonis.

Digitized by Google

LVI. Miſerere mei Deus, miſerere.

In Domino fidens ſalvatus ab hoſte maligno,
Fert grates Domino, lætus eique canit.

LVII. Si verè utique.

Taxat iniquorum rabiem, exitiumque prophetat,
Quod cernens juſtus lætificatus erit.

LVIII. Eripe me de.

Juſtus ab injuſtis circumdatus orat ut hoſtes
Diſperdat Dominus, liberet atque pios.

LIX. Deus repuliſti nos.

Gens ſua quam Deus offenſus ſubiecerat hoſti,
Permultos populos vincet agente Deo.

LX. Exaudi Deus deprecationem.

Juſtus agit Domino grates, quia præſtitit ipſi
Imploratus opem, jugiter inde canet.

LXI. Nonne Deo ſubjecta.

Subjiciâre Deo, qui ſpes eſt certa, ſaluſque:
Divitiæ vanæ ſunt, homineſque mali.

LXII. Deus Deus meus ad te.

Ad Dominum vigilans patriam ſitit, auxiliumque
In Domino fidens poſcit in exilio.

LXIII. Exaudi Deus orationem.

Nîl poterunt hoſtes rabieque, calumniâ, & aſtu
Adverſus juſtum, nam Deus aſtat ei.

LXIV. Te decet hymnus.

E Babylone redux Dominum gens laudat Hebræa.
Cœleſtem patriam juſtus anhelat ovans.

LXV. Jubilate Deo omnis terra.

Omnis terra Deo jubilet, quia tanta peregit:
Et prius afflictos proſperitate beat.

Digitized by Google

XLVI. Omnes gentes plaudite.

Cuncta ſibi Dominus ſubjecit, & alta triumphans
Scandit, ei Gentes conjubilare monet.

XLVII. Magnus Dominus.

Magnificat Dominum Sion ædificata quòd urbs ſit,
Ut pergant cives hanc ſtabilire monet.

XLVIII. Audite hæc omnes.

Divitiæ nequeunt homines à morte tueri,
Perpetuiſque malis; vive proinde benè.

XLIX. Deus Deorum Dominus.

Judicis adventus proponitur, eſto paratus;
Horreat injuſtus, pœniteatque citò.

L. Miſerere mei Deus.

Pœnitet, & veniam ſupplex de crimine David
Flagitat, & mundum cor ut habere queat.

LI. Quid gloriaris in malitia.

Arguit injuſtum, cui peſſima lingua ruinam
Afferet, at juſtus ſicut oliva viget.

LII. Dixit inſipiens in corde.

Dum non eſſe Deum putat impius, impia quæque
Perpetrat, & nullo tempore recta facit.

LIII. Deus in nomine tuo.

Poſcit opem ſummo vitæ diſcrimine preſſus,
Eripietque Deus, qui dabit atra malis.

LIV. Exaudi Deus orationem.

Flagitat auxilium vexatus ab hoſtibus; unus
Præ reliquis nocuit, fictus, amicus erat.

LV. Miſerere mei Deus, quoniam.

Nequiter oppreſſus clamat: Miſerere, Deuſque
Succurret miſero, qui pia vota vovet.

LVI.

XXXVI. Noli æmulari.

Fac benè, nam licet hîc ſit proſpera vita malorum,
Triſtia ſuccedent, ſed bona multa piis.

XXXVII. Domine ne in furore.

Pœnitet, & luget miſerandam ob crimina ſortem,
Supplicat & veniam, ne furat ira Dei.

XXXVIII. Dixi cuſtodiam vias.

Triſtis & afflictus juſtus ſilet, atque malignis
Compatitur, petit & poſſe repentè mori.

XXXIX. Expectans expectavi.

Expectat Dominum, qui liberet, & dedit aures
Chriſto, quo fiat victima grata Deo.

XL. Beatus vir qui intelligit.

Ille beatus erit, Chriſto qui condolet, ipſum
Judæi affligent, proditor unus erit.

XLI. Quemadmodum deſiderat.

Concitus ad fontes ùt cervus anhelat aquarum,
Sic ad te ſitiens ſemper anhela Deus.

XLII. Judica me Deus.

Judicio Domini ſperat de gente maligna
Erui, & altari lætificante frui.

XLIII. Deus auribus noſtris.

Plebs oppreſſa Deum (proavis qui præſtitit olim
Tanta) rogat ſibi nunc ut ſit & auxilio.

XLIV. Eructavit cor meum.

Quàm Chriſtus, quàm ſit ſpecioſa Eccleſia ſponſa
Chriſti, quàm multâ prole beanda, canit.

XLV. Deus noſter refugium.

Fert Domino grates Eccleſia pace receptâ,
Hoſtibus extinctis, pro bonitate Dei.

XLVI.

Digitized by Google

XXVI. Dominus illuminatio mea.

Nec mortem juſtus, nec caſtra, nec ulla timebit,
Omnipotens cujus luxque ſaluſque Deus.

XXVII. Ad te Domine clamabo.

Orat ut afflictum Deus audiat; auxiliumque
Huic Domini dabitur, ſed mala multa malis.

XXVIII. Afferte Domino.

Afferat ut populus Domino pia munera ſuadet:
Magnificam vocem glorificatque Dei.

XXIX. Exaltabo te Domine.

Exaltat Dominum, quia liberum ab hoſtibus illum,
Et prius afflictum reddidit incolumem.

XXX. In te Domine ſperavi.

In Domino ſperat, non confundetur in ævum,
Sit preſſus quamvis hoſtibus innumeris.

XXXI. Beati quorum remiſſæ.

Pœnitet & veniam faſſus delicta reportat.
Qui bonus is felix, multa flagella mali.

XXXII. Exultate juſti.

In Domino juſtos monet exultare; benignus
Eſt, clemens, ſapiens, providus, omnipotens.

XXXIII. Benedicam Dominum.

Laus Domino, juſtos qui ſalvat, & odit iniquos:
Peſſima mors pravis: fac bona, linque malum.

XXXIV. Judica Domine nocentes.

Hoſtibus injuſtis preſſus (quibus atra prophetat)
Auxilium Domini judiciumque petit.

XXXV. Dixit injuſtus ut.

Nequities hominum quorumdam quanta ſit, erga
Mortales bonitas eſt ubi tanta Dei.

XXXVI

XVI. Exaudi Domine juſtitiam.

Invocat oppreſſus Dominum juſtumque piumque:
Juſtus anhelat eum, quærit iniquus opes.

XVII. Diligam te Domine.

Lætus agit Domino grates quòd ab omnibus ipſum
Hoſtibus eripuit, quos mala multa manent.

XVIII. Cœli enarrant gloriam.

Per cœlos Domini narratur gloria, cujus
Lucida Lex animas immaculata beat.

XIX. Exaudiat te Dominus.

In bello Regi Deus eſt ſpes una ſalutis:
Hinc ut victor ovet fert pia vota Deo.

XX. Domine in virtute tua.

Præſtita per Dominum quòd ſit victoria Regi,
Hoſtibus extinctis, gratus ovanſque canit.

XXI. Deus Deus meus.

In cruce Chriſtus opem Patris petit, undique cinctus
Hoſtibus, & victor vota ſacrata feret.

XXII. Dominus regit me.

Nil unquam juſto deërit, paſtoris ad inſtar
Quem cibat, atque regit provida cura Dei.

XXIII. Domini eſt terrra.

In montem Domini ſcandet generatio ſancta:
Rex Chriſtus Dominus gloria adivit eum.

XXIV. Ad te Domine levavi.

Jure luens, peccata dolet, veniamque precatur,
Ut pius amoveat juſta flagella Deus.

XXV. Judica me Domine.

Poſcit opem Domini, qui ſcit quòd criminis expers
Dira ferat; ſperat Sancta videre Dei.

Digitized by Google

VI. Domine ne in furore.

Obſecrat afflictus, ne ſe peccata dolentem,
Conterat adverſis ira furorque Dei.

VII. Domine Deus meus.

Ut Deus inſontem defendat ab hoſtibus orat,
Quos niſi pœniteant dira flagella manent.

VIII. Domine Dominus noſter.

Cuncta docent Domini quòd ſit miranda poteſtas,
Ac bonitas: homini ſubdidit omne Deus.

IX. Confitebor tibi Domine.

Fert Domino grates pro victis hoſtibus, orans
Ut pereant nequam, proſpera ſintque bonis.

X. In Domino confido.

In Domino fidit, qui juſtos juſtitiamque
Diligit; injuſtos conteret, odit enim.

XI. Salvum me fac Domine.

Verba Dei ſunt vera, hominum ſed lingua doloſa:
Fide proinde Deo, deſtruet ille malos.

XII. Uſquequo Domine.

Orat ut afflicto tandem Deus auxilietur;
Sicque canat Domino, qui bona multa dedit.

XIII. Dixit inſipiens.

Quanta ſit impietas Atheorum, peſſima patrant,
Sunt ſemper timidi, nullus agitque bene.

XIV. Domine quis habitabit.

Qui cupit æternam vitam, qui cœlica regna,
Sit pius, & verax, juſtus, ametque bonos.

XV. Conſerva me Domine.

Auxilio Patris Chriſtus de morte reſurget,
Spiritus è limbo, de tumuloque caro.

Digitized by Google

36 *Percutit erudiens Juſtus Deus, atque reverſis*
Ad ſe dat multâ proſperitate frui.
37 *Admiranda refert Eliu, quæ operatur in Orbe*
Tam Juſtus, Sapiens, Omnipotenſque Deus.
38 *Quàm ſapiens Deus, atque potens ſit monſtrat Iôbo,*
Per mundi fabricam, per quod in Orbe facit.
39 *Ex miro quo multa Deus regit ordine bruta,*
Demonſtrat quàm ſit providus, atque potens.
40 *Quàm Job ſit nihil ex Behemoth patet, & Leviathan,*
Quos præter Dominum nemo domare poteſt.
41 *Stringitur à Domino fortiſſima beſtia nequam,*
Quæ nullum metuit, cuncta timere facit.
42 *Pœnitet, à Dominoq; ſuis præfertur amicis,*
Et bona dupla capit Job, moriturque ſenex.

PSALMI.

I. Beatus vir.

Ille beatus erit, Domini qui juſſa ſecutus
Crimina devitat, juſtitiamque colit.

II. Quare fremuerunt.

Adverſus Chriſtum fruſtra fremuêre maligni:
Orbis enim Rex eſt, Filius eſtque Dei.

III. Domine quid multiplicati.

Contra multiplices tribulatus & anxius hoſtes
Spe plenus Domini poſcit, & optat opem.

IV. Cum invocarem.

Exaudit Dominus, juvat, exhilaratque precantem:
Cur homo corde gravi falſa & inania amas?

V. Verba mea auribus.

Verba preceſq; Deus juſtorum exaudit, iniquos
Odit, & exſcindet, ſalvat amatque bonos.

21 *Quantâ ſæpè mali nunc proſperitate fruantur,*
Job notat, hos tandem puniet ergo Deus.
22 *Culpat ut immitem hîc Eliphaz Job, & inde luiſſe,*
Quòdque iterum felix, ſi reſipiſcat, erit.
23 *Non patior propter mea crimina, judicet, inquit*
Job, prudens Dominus, pro libituque regens.
24 *Tempora nota Deo, ſed & omnia novit iniqua.*
Peſſima nunc fiunt., puniet illa Deus.
25 *Baldad ait, Deus eſt excelſus; homuncio vermis:*
Reſpectu Domini non bonus ullus homo.
26 *Non eget adjutore Deus, ſapienſque potenſque,*
Job ait, immensè eſt, ejus id acta probant.
27 *Defendam ſemper dare me ſine crimine pœnas,*
Quòdque luent nequam poſtea, Jobus ait.
28 *Non emitur pretio melior ſapientia Gazis,*
Solus eam donat, qui videt omne, Deus.
29 *Quàm pius, & juſtus fuerit Job monſtrat amicis,*
Quàm quondam felix: Priſtina redde Deus.
30 *Ad quàm magna modò ſit Job adverſa redactus*
Permittente Deo, narrat, & inde dolet.
31 *Juſtitias Job, & bona facta recenſet, & inquit:*
Judex, & vindex ſit, ſi ego fallo, Deus.
32 *Junior hîc Eliu reprehendit Job, & amicos,*
Se ſapientem, illos jactitat inſipidos.
33 *Arguit ex verbis Eliu de crimine Jobum.*
Caſtigare Deum, propitiumque fore.
34 *Hîc Eliu tamquam blaſphemum culpat Jobum:*
Juſtus, ait, Deus eſt, cuncta ſcit, atque poteſt.
35 *Cuncta placent Domino bona, crimina punit, & odit.*
Nil bona ei proſunt, nil quoque prava nocent.

Digitized by Google

6 *Se meritis graviora pati Job dicit; amicos*
Taxat, & audiri ſe patienter, avet.
7 *Job miſeram vitæ ſortem dolet, atque recenſet,*
Suppliciterque petit Cunctipotentis opem.
8 *Ad Job Baldad ait: Reſipiſce, flagella cavebis;*
Solus enim pravus fert ea, nemo bonus.
9 *Job ait: Eſt juſtus, ſapiens Deus, omnipotenſque!*
Fert tamen & juſtus juſta flagella Dei.
10 *Non ob iniqua luo, Deus aut quòd neſciat ulla,*
Job ait, Omniſcius Tu, miſerere mei.
11 *Quòd patiaris, ait Sophar, tua crimina cauſant*
Job, rogo pœniteas tunc meliora feres.
12 *Eſt Deus Omnipotens, Sapiens, hoc quiſq; ſcit, inquit*
Job, & id acta probant, cuncta creata docent.
13 *Ex proprio Job ore ſuos confutat amicos;*
Se tenet eſſe probum, judiciumque petit.
14 *Præſens vita brevis, repleta doloribus eſt, ſed*
Defuncti vivent, atque reſurget homo.
15 *Es Job impatiens, Eliphaz ait, eſque ſuperbus:*
Nemo Deo mundus: ſunt mala multa malis.
16 *Verboſos & crudeles Job dicit amicos:*
Innocuus patior, ſcit Deus iſtud, ait.
17 *Mors mihi ſola manet, requiem poſt ſpero, Job inquit,*
Eſt ſtultum mundi quærere ſola bona.
18 *Baldad ùt elatum rurſus reprehendit Iobum,*
Enumeratque malos quanta flagella terant.
19 *Se docet atra pati ſine crimine Job, & amicos*
Arguit, ac ſperat carne videre Deum.
20 *Jobi verba movent Sophar: tamen afficientur*
Quòd nequam plagis, ſuſtinet, haſque refert.

21 *Quan-*

8 *Officium Mardochæus, bona ſuſcipit Eſther*
Aman, & edictum Rex revocavit atrox.
9 *Quod pro morte fuit decretum tempus Hebræis,*
Hoc dat eis hoſtes Rex jugulare ſuos.
10 *Primus ab Aſſuero fit Mardochæus in aula,*
Somnia quod quondam prædocuêre ſua.
11 *Exiguo de fonte videt, binoque Dracone,*
Quæ Mardochæus ſomnia mira, refert.
12 *Quòd Mardochæus Bagathæ Tharæque retexit*
Inſidias, Aman ſemper ei hoſtis erat.
13 *Littera quâ perimi cuncti mandantur Hebræi,*
Et Mardochæi ſupplica, vota, preces.
14 *Pro ſe, pro populoque ſuo flet, pœnitet Eſther,*
Jejunatque, Dei mœſta precatur opem.
15 *Eſther ad Aſſuerum vadit comitata puellis:*
Blandus ei Rex eſt, exanimemque levat.
16 *Irritat edictum vetus, & Rex donat Hebræis,*
Ut jugulent hoſtes. Feſta ſit illa dies.

JOB.

1 *JOb pius, & dives natos, atque omnia perdens,*
Fert patienter ea, & laudat in hiſce Deum.
2 *Per totum corpus Satanas ferit ulcere Jobum:*
Inſultat conjux; trinus amicus adeſt.
3 *Job hora quâ natus erat maledicit. Amaris*
Liber ab innumeris eſt cui vita brevis.
4 *Quòd ſit & impatiens Job, ſit meritusq́; flagella,*
Arguit hîc Eliphaz, atque perire malos.
5 *Admonet hîc Eliphaz Job ut reſipiſcat, & oret;*
Sic fore felicem cuncta regentis ope.

6 Se

Digitized by Google

10 *Pulchra Judith, bene compta petit caſtra Aſſyriorum,*
Cujus mox rapuit forma decora Ducem.
11 *Spondet Holoferni Judith ingenioſa triumphum,*
Sicque dolos fabricans decipit, atque placet.
12 *Donat Holofernes ut edat Judith, oret, eatque*
Quolibet; ardebat nam vehementer eam.
13 *Judith Holofernis caput amputat, idq; reportat*
Bethuliam; gaudet plebs. Achiorque ſtupet.
14 *Hebræi caput exponunt Holoferne perempto.*
Credit Dux Achior, Aſſyriique pavent.
15 *Aſſyrii fugiunt, ſpoliis ditantur Hebræi,*
Quæq; Holofernis erant ſunt data cuncta Judith.
16 *Grata canit Domino Judith, & fert plebs Holocauſta:*
Feſta fit illa dies, Judith obitque ſenex.

ESTHER.

1 *INſtruit Aſſuerus convivia publica; Vaſthi*
Ejicitur, nolens juſſa venire, Throno.
2 *Eſther ab Aſſuero conjux Regina creatur,*
Et Mardochæus detegit inſidias.
3 *Mardochæus Aman quia non, ut is ambit, adorat,*
Rex jubet Hebræos, Aman agente, mori.
4 *Mortis ob edictum dum lamentantur Hebræi,*
Patruus ad Regem poſcit ut Eſther eat.
5 *Eſther it ad Regem, placet, hunc invitat, & Aman;*
Sed Mardochæo præparat ille crucem.
6 *Mardochæus eques, regali veſte, coronâ*
Cinctus honoratur; juſſus id Aman agit.
7 *Se populumque ſuum ſalvari poſtulat Eſther.*
Eſt affixus Aman Rege jubente cruci.

8 Of-

10 *Luget uterque parens remoram Tobiæ, is & uxor*
Diſcedant, pater hanc dotat, eamque monet.
11 *Felle Tobiæ oculos liniens dat cernere natus.*
Dant grates Domino. Sara deinde venit.
12 *Mercedem Raphaël renuit, laudatq; Tobiam,*
A Domino miſſum ſe manifeſtat, abit.
13 *Dat laudes grateſq; Deo, & bona multa Tobias*
De Jeroſolymâ vaticinatur ovans.
14 *Ambo ſenes obeunt ſenior juniorque Tobias,*
Felices multâ poſteritate bonâ.

JUDITH.

1 *ARphaxad victo, ſibi Nabuchodonoſor omnes*
Subdere vult, paret non tamen ullus ei.
2 *Miſſus Holofernes numeroſo milite fortis,*
Obvia quæque ferit, cuncta pavore replet.
3 *Quamvis ſe dedant Holofernes deſtruit urbes:*
Vult Nabuchodonoſor unicus eſſe Deus.
4 *Gens Judæa pavet, ſupplex jejunat, & orat,*
Quam monet Eliachim, ſpondet opemque Dei.
5 *Quòd, benè dum vivunt, Deus auxilietur Hebræis,*
Enarrans Achior penè necatus erat.
6 *Ut cum Bethuliâ pereat Dux Achior, illò*
Ducitur, urbs laudat tota, Deumque rogat.
7 *Bethuliam premit obſidione, ſitique Holofernes:*
Ut dedant urbem quinta ſtatuta dies.
8 *Increpat Oziam quòd dedere cogitet urbem,*
Et monet in Domino fidere caſta Judith.
9 *Sancta Judith ſupplex Dominum jejuna precatur,*
Cadat ut Aſſyrios, ſe populumque juvet.

10 *Pul-*

Digitized by Google

9 *Crimina confeſſus Domini benefacta recenſet:*
Pœnitet & populus, fœdus initque ſacrum.
10 *Fœdere ſancito, qui ſubſcripſêre refertur:*
Promittunt Domino juſſa quòd ejus agent.
11 *Qui Jeroſolymæ fuerint hoc tempore cives,*
Cætera per reliquos ſunt habitata loca.
12 *Qui cum Zorobabel Solymam rediêre Levitæ.*
Circumeunt muros, feſtaque læta colunt.
13 *Jeruſalem rediens Nehemias taxat abuſus:*
Gentiles pelli, Sabbata mandat agi.

TOBIAS.

1 *Tobias captus monitis, ope juvit egenos,*
Salmanaſarque placet, Sennacheribq; fugit.
2 *Fit cæcus recubans Tobias feſſus humando,*
Juſtus at, & patiens cuncta ſiniſtra tulit.
3 *Exprobrat ut conjux Tobiæ, ancillaque Saræ,*
Orant hi, Raphaël miſſus utrique ſalus.
4 *Ratus obire brevi dat dogmata ſancta Tobias*
Filio, & ut repetat dena talenta monet.
5 *Se fidum comitem Tobiæ Raphaël offert,*
Diſceduntq; ſimul, mater at Anna gemit.
6 *Tobiam ſalvat Raphaël, docet exta mederi*
Piſcis, & ut ſponſam poſcat habere Saram.
7 *Poſtulat, & juveni datur uxor Sara Tobiæ:*
Conſcribunt tabulas mox, epulumque parant.
8 *Dæmonium religat Raphaël, nuptique precantur*
Incolumes, ideò gaudet uterque parens.
9 *Tobiæ precibus conceſſa pecunia quondam*
Quæritur à Raphaël, moxq; Gabelus adeſt.

10 Lu-

5 *Aggai, & Zachariæ hortatu fabrica pergit,*
Perturbare hoſtes hanc iterumque volunt.
6 *Pro Templo rata juſſa Cyri vult eſſe Darius,*
Et fert ſuppetias. Facta, dicata domus.
7 *Eſdras edicto Regis doniſque refertus,*
Vadit ut Hebræos inſtruat, atque regat.
8 *Qui fuerint Eſdræ ſocii, quæ Regia ſecum*
Pro Templo tulerint munera Jeruſalem.
9 *Uxores duxiſſe videns de Gentibus Eſdras*
Hebræos, luget, mox veniamque petit.
10 *Omnis ut uxorem pellat ſi non ſit Hebræa,*
Imperat hîc Eſdras, enumeratque reos.

ESDRÆ II.

1 *DEſtructam Solyman, miſeros quoq; luget Hebræos*
Triſtè Nehemias, poſcit opemque Dei.
2 *Rex Artaxerxes Nehemiæ donat ut urbem*
Reſtauret, veniens incitat ergo ſuos.
3 *Inſtaurant muris, portis, ac turribus urbem.*
Per quos, & quænam ſint fabricata refert.
4 *Perficiunt fabricam, terrentur ab hoſtibus, orant:*
Læva tenet gladium, dextera complet opus.
5 *Dira fames populi: Nehemias carpit avaros,*
Et vetat uſuras, diſtribuitque ſua.
6 *Fraudibus, inſidiis Nehemiam avertere tentant*
Hoſtes à fabricâ, vincit at ipſe dolos.
7 *Cuſtodes ſtructæ Nehemias ordinat urbis,*
Enumerat reduces, quid populuſque dedit.
8 *Plebs ſilet, atque docet Legem dum prælegit Eſdras:*
Feſta Tabernaclûm tunc ea læta colit.

9. Cri-

Digitized by Google

27 *Eſt Joatham bonus, hinc ſuperat, mulctatq́ tributis.*
Ipſe Ammonitas. Filius ejus Achaz.
28 *Peſſima patrat Achaz, ideò punitur acerbè;*
Hunc ſed ab Idolis nulla flagella trahunt.
29 *Rex Ezechias Cantores, atque Miniſtros*
Ordinat in Templo, reſtituitque ſacra.
30 *Plebem Ezechias vocat hic pro menſe ſecundo,*
Quo bis ſeptenis Paſcha diebus agat.
31 *Plebs demolitur lucos, ſimulacra, profana:*
Templo & Levitis plurima dona ferens.
32 *Angelus Aſſyrios necat, atque à morte precando*
Rex liber, tumidus fit, reſipiſcit, obit.
33 *Impia quæ fecit Manaſſes, captus ob illa,*
Pœnitet, ac iterum Rex, meliora patrat.
34 *Joſias Domini cultum reſtaurat, & ædem:*
Utque Deum placet fœdera ſacra ferit.
35 *Magnificum celebrat Joſias Paſcha: necatur*
Ægypti Regi non bona bella movens.
36 *Urbs, Templum, populus pereunt, ſoboleſq́ Joſiæ.*
Plebs reliqua in Babylon migrat ad uſque Cyrum.

ESDRÆ I.

1 *Liberat Hebræos Cyrus, & ſacra vaſa redonat,*
Templum concedens ædificare Dei.
2 *Quot fuerint, Ducibuſq́ quibus Babylone reverſi,*
Et quæ pro Templo dona dedêre Duces.
3 *Plebs Altare redux fabricat, feſtumque celebrat,*
Fundamenta locat, ſacrificatque Deo.
4 *Impediunt captam ſtructuram Samaritani:*
Hinc ad Darii tempora ceſſat opus.

5 *Aggei,*

Digitized by Google

12 *Deficit à Domino Roboam, luit illicò, Seſac*
Vexat enim regnum, divitiaſque rapit.
13 *Millia (pugnâ unâ) quingenta trucidat Abias*
Jeroboamque fugat, prole beatus obit.
14 *Aſa pius regnat feliciter, Æthiopemque*
Zaram devincens millia mille necat.
15 *Aſa prophetiis animatus fœdus inivit,*
Et plebs cum Domino, tum ſimulacra terit.
16 *Auxilium contra Baaſam petit Aſa Syrorum,*
Correptuſque furit: torquet eum podagra.
17 *Divitiis, armiſque potens, pietate probatus*
Rex Joſaphat Legem curat ubique Dei.
18 *Ad bellum Joſaphat ſocius comitatur Achabum:*
Evadit Joſaphat, ſed perit unus Achab.
19 *Judicibus mandat Joſaphat: Decernite juſtum,*
Levitæ ſatagant munus obire ſuum.
20 *De trino Joſaphat donat Deus hoſte triumphum:*
Aſt Ochoziæ punit amicitiam.
21 *Rex Joram fratres, alioſque trucidat, Eliæ*
Littera carpit eum, punit eumque Deus.
22 *Iſraël, atque Judæ Reges occidit Iehu:*
Servaturq; Joas dum furit Athalia.
23 *Impia per Jojadam jugulatur Athalia; Regem*
Erudit is, nutrit, conſtituitque Joam.
24 *Eſt Jojadâ vivente Joas bonus; at Zachariam*
Impius inde necat, cæditur ipſe quoque.
25 *Vincit Amaſias Idumæos, vincitur ipſe*
Dum ſimulacra colit, poſtea caſus obit.
26 *Oziæ pietas, victoria, denique faſtus:*
Inficitur leprâ ſacrificare volens.

Digitized by Google

27 *Militibus præerat quis quovis menſe; Miniſtri*
Quique Davidis erant, qui Tribuumq́ꝫ Duces.
28 *Primores populi David admonet, & Salomonem,*
Templique Ideam dat, fabricare jubens. (tur.
29 *Quid David ad Templum tribuit populuſq́ꝫ, refer-*
Rex iterum Salomon unctus, obitque David.

PARALIPOMENON II.

1 *QUam poſcit Salomon datur huic ſapientia multa,*
Inſuper addit opes, grande decuſque Deus.
2 *Deligit Artifices Salomon ut fabrica fiat*
Templi; horum numerus, quis fueritque cibus.
3 *Conſtruitur Templum, Sanctorum Sancta, tegenſque*
Velum: præ foribus bina columna fuit.
4 *Ara duplex, Conchæq́ꝫ decem, Mare fuſile, Menſa,*
Candelabra decem, cunctaque vaſa ſacra.
5 *Arcam cum jubilo portant, & vaſa ſacrata*
In Templum; Domini gloria replet idem.
6 *Fert Domino grates Salomon, benedicit Hebræos:*
Audiri in Templo ſupplicat ipſe preces.
7 *Hoſtia multa ſacram Salomon dum dedicat ædem,*
Quem Deus exaudit, commonet huncq́ꝫ ſimul.
8 *Urbes ædificat, Chananæos ſubjugat omnes,*
Et Templi Salomon munia diſtribuit.
9 *Obſtupuit Regina Saba. Sapientia, fama,*
Et Salomonis opes, magnificuſque Thronus.
10 *Sciſſio fit Tribuum, Roboa mala ſenſa ſecuto,*
Non niſi bina manet, Jeroboæque decem.
11 *Contra Jeroboam Roboam pugnare vetatur.*
Ad Roboam Levi ſtirps redit, atque boni.

12 De-

Digitized by Google

12 *Qui ſocii fuerint David fugiente Saulem,*
Et quinam ut fieret Rex adiêre David.
13 *Arca domo Abinadab hic deportatur in ædes*
Obededom, quam dum ſuſtinet Oza perit
14 *Uxores ſobolemque David dum ſtruxerat ædes*
Auget, bis hoſtes dat ſuperare Deus.
15 *Ducitur Arca Sion populo plaudente, Davidque*
Saltat amictus Ephod, deſpiciente Michol.
16 *Victima multa datur, lætus depromitur Hymnus:*
Qui pſallant Domino conſtituitque David.
17 *Ædificare David Templum vult: Filius, audit,*
Quem gignes faciet; laudat obinde Deum.
18 *Fortia geſta David, cunctos devicit ut hoſtes:*
Quique Miniſtri ejus, quique fuêre Duces.
19 *Probris Legatos David afficit Hanon, emitque*
Auxilium Syrios, hos ſuperatque David.
20 *Rex Ammon populuſque cadunt victore Davide,*
Terque Philiſtæi, trinus ibique gigas.
21 *Enumerat David populum, qui peſte feritur;*
Sed placat precibus, dans holocauſta, Deum.
22 *Præparat impenſas Templi David, & jubet iſtud*
Filius ut Salomon extruat, atque Duces.
23 *Rex deſignatur Salomon, numerantur & omnes*
Levitæ, illorum ſacra Miniſteria.
24 *Viginti quatuor claſſes, ut quiſque Sacerdos*
In propriâ peragat munia ſacra vice.
25 *Viginti quatuor claſſes ſors ordinat, Hymnos*
Ut Levita canat tempore quiſque ſuo.
26 *Sors Templi portas qui ſervent ordine claſſes*
Dividit in quatuor. Credita Gaza quibus.

27 *Mi-*

23 *Cum Domino fœdus renovat, mala qualibet aufert*
Joſias, celebrat Paſcha, peremptus obit.
24 *Poſt Joakim Joachin Rex, ducitur hic Babylonem:*
Deinde Sedechias ultima ſceptra tenet.
25 *Jeruſalem, Templumque ruunt, populuſq; necatur,*
Præter captivos qui Babylona migrant.

PARALIPOME NONI I.

1 *POſteritas Adæ, ſignanter ad uſque Abrahamum.*
Progenies Abrahæ, & ſtemma refertur Eſau.
2 *Progenies Juda narratur ad uſque Davidem:*
Huic multi fratres, bina fuitque ſoror.
3 *Quæ numeroſa fuit ſoboles, quod ſtemma Davidis,*
Poſteritas ejus regia quæque fuit.
4 *Stirps iterum Judæ, ſtirps & Simeonis habetur,*
Enecat hæc Amalec, progeniemque Chami.
5 *Stirps Tribuum Ruben, Gad, dimidiæq; Manaſſis,*
Et quæ contigerint his bona, quæque mala.
6 *Poſteritas Levi, Cantores, atque Miniſtri*
Templi, Stirps Aaron, Confugiique loca.
7 *Iſſachar hic ſtirpem, cum Benjamin, atq; Manaſſis,*
Conſpicis, ac Ephraim, Nephthalicamq;, & Aſer.
8 *Benjamin enumerat rurſum genus uſque Saulem,*
Et quorum Jonathas ſit pater, & ſit avus.
9 *Qui fuerint cives Solymæ, Templique Miniſtri.*
De Saul ex Jonathâ poſteritate quoque.
10 *Ob peccata Deus regno vitâque Saulem*
Privavit, poſitum corpus in urbe Jabes.
11 *Rex fit, & expugnat Solymam David, abſtinet undâ*
De Bethlêm, illius quæ generoſa cohors.

12 Qui

Digitized by Google

8 *Prædia redduntur viduæ. Rex (Hazaël audit)*
Fies poſt Benadad; pellit Edomque jugum.
9 *Unctus Ochoziam Joramque trucidat Iehu.*
Præcipitata fuit Jezabel eſca canum.
10 *Semen Achab, & Ochoziæ perimuntur amici,*
Cultoreſque Baal enſe doloque Jehu.
11 *Enecat omne genus Regale Athalia, ſervat*
Joſaba (qui Rex fit Jojadâ agente) Joas.
12 *Reſtaurare Joas Templum jubet; Hazaël inde*
Muneribus placat, poſtque peremptus obit.
13 *Hic Syriæ clades Eliſæus vaticinatur,*
Et moritur: vivum mortuus ille facit.
14 *Punit Amaſias homicidas patris, at ipſe*
Devictus capitur, Jeruſalemque luit.
15 *In Judâ regnant Ozias, Joathan, Achaz:*
Iſraël illorum tempore quinque regunt.
16 *Luſtrat Achaz natum, petit auxilium Aſſyriorum,*
Altare in Templo ſacrilegumque facit.
17 *Fertur in Aſſyrios plebs Iſraël, obque leones*
Gentes cum vero Numine falſa colunt.
18 *Rex Ezechias Idola, atque omnia prava*
Suſtulit, at vexat Sennacheribus eum.
19 *Percutit Aſſyrios, & liberat Angelus urbem,*
Sennacheribque perit dum ſimulacra colit.
20 *Sol retrogreditur: mortemque precando repellit*
Rex Ezechias, qui malè monſtrat opes.
21 *Crimina Manaſſis, cui Rex ſuccedit iniquus*
Amon, Joſias ter pius inde regit.
22 *Joſias Templum reſtaurat, & Holda prophetat:*
Poſt obitum Regis diru flagella manent.

23 *Cum*

Digitized by Google

16 *Se Zambri poſtquam Baaſæ genus omne, trucidat.*
Poſt Amri regnat ter ſceleratus Achab.
17 *Non pluit. A corvis, viduâque cibatur Elias;*
Suſcitat exanimem, dat viduaque cibum.
18 *Increpat Elias Achab, & Pſeudo-prophetas*
Occidit, pluvias impetrat ille prece.
19 *Jezabel Eliam fugat, hic perrexit in Horeb:*
Unxit Eliſæum, ac Hazaël, atque Jehu.
20 *Obſidione premit Samariam Benadad, ille*
Fert cladem duplicem, cuî malè parcit Achab.
21 *Jezabel inſidiis Naboth perit: Achab Elias*
Arguit, & pœnam vaticinatur ei.
22 *Achab it ad pugnam Joſaphat comitante, peritque.*
Rex fit Ochozias, poſt Joſaphatq; Joram.

REGUM IV.

1 *ÆGer Ochozias obit ùt prædicit Elias,*
Bis quinquagenos qui necat igne viros.
2 *Tollitur Elias; Eliſæus dividit undas,*
Et ſale ſanat aquas. Vindicat urſus eum.
3 *Militibus potus, victoria Regibus extat,*
Hic per Eliſæum, depopulantque Moab.
4 *Vaſa Propheta oleo replet, & dat gignere prolem,*
Suſcitat exanimem, multiplicatque cibos.
5 *Mundat Eliſæus Naaman, ſed lepra Giëzi*
Inficit, ejuſque ob dona recepta genus.
6 *Nat per Eliſæum ferrum, inſidiaque pateſcunt,*
Samariamque fames, obſidioque premit.
7 *Cras, Eliſæus ait, frumenti copia fiet.*
Leproſi referunt ſpectra fugaſſe Syros.

Digitized by Google

10 *Luget uterque parens remoram Tobiæ, is & uxor*
Diſcedant, pater hanc dotat, eamque monet.
11 *Felle Tobiæ oculos liniens dat cernere natus.*
Dant grates Domino. Sara deinde venit.
12 *Mercedem Raphaël renuit, laudatq́; Tobiam,*
A Domino miſſum ſe manifeſtat, abit.
13 *Dat laudes grateſq́; Deo, & bona multa Tobias*
De Jeroſolymâ vaticinatur ovans.
14 *Ambo ſenes obeunt ſenior juniorque Tobias,*
Felices multâ poſteritate bonâ.

JUDITH.

1 *ARphaxad victo, ſibi Nabuchodonoſor omnes*
Subdere vult, paret non tamen ullus ei.
2 *Miſſus Holofernes numeroſo milite fortis,*
Obvia quæque ferit, cuncta pavore replet.
3 *Quamvis ſe dedant Holofernes deſtruit urbes:*
Vult Nabuchodonoſor unicus eſſe Deus.
4 *Gens Judæa pavet, ſupplex jejunat, & orat,*
Quam monet Eliachim, ſpondet opemque Dei.
5 *Quòd, benè dum vivunt, Deus auxilietur Hebræis,*
Enarrans Achior penè necatus erat.
6 *Ut cum Bethuliâ pereat Dux Achior, illò*
Ducitur, urbs laudat tota, Deumque rogat.
7 *Bethuliam premit obſidione, ſitique Holofernes:*
Ut dedant urbem quinta ſtatuta dies.
8 *Increpat Oziam quòd dedere cogitet urbem,*
Et monet in Domino fidere caſta Judith.
9 *Sancta Judith ſupplex Dominum jejuna precatur,*
Cadat ut Aſſyrios, ſe populumque juvet.

Digitized by Google

9 *Crimina confeſſus Domini benefacta recenſet:*
Pœnitet & populus, fœdus initque ſacrum.
10 *Fœdere ſancito, qui ſubſcripſêre refertur:*
Promittunt Domino juſſa quòd ejus agent.
11 *Qui Jeroſolymæ fuerint hoc tempore cives,*
Cætera per reliquos ſunt habitata loca.
12 *Qui cum Zorobabel Solymam rediêre Levitæ,*
Circumeunt muros, feſtaque læta colunt.
13 *Jeruſalem rediens Nehemias taxat abuſus:*
Gentiles pelli, Sabbata mandat agi.

TOBIAS.

1 *Tobias captus monitis, ope juvit egenos,*
Salmanaſarque placet, Sennacheribq́; fugit.
2 *Fit cœcus recubans Tobias feſſus humando,*
Juſtus at, & patiens cuncta ſiniſtra tulit.
3 *Exprobrat ut conjux Tobiæ, ancillaque Saræ,*
Orant hi, Raphaël miſſus utrique ſalus.
4 *Ratus obire brevi dat dogmata ſancta Tobias*
Filio, & ut repetat dena talenta monet.
5 *Se fidum comitem Tobiæ Raphaël offert,*
Diſceduntq́; ſimul, mater at Anna gemit.
6 *Tobiam ſalvat Raphaël, docet exta mederi*
Piſcis, & ut ſponſam poſcat habere Saram.
7 *Poſtulat, & juveni datur uxor Sara Tobiæ:*
Conſcribunt tabulas mox, epulumque parant.
8 *Dæmonium religat Raphaël, nuptique precantur*
Incolumes, ideò gaudet uterque parens.
9 *Tobiæ precibus conceſſa pecunia quondam*
Quæritur à Raphaël, moxq́; Gabelus adeſt.

10 *Lu-*

Digitized by Google

5 *Aggæi, & Zachariæ hortatu fabrica pergit,*
Perturbare hoſtes hanc iterumque volunt.
6 *Pro Templo rata juſſa Cyri vult eſſe Darius,*
Et fert ſuppetias. Facta, dicata domus.
7 *Eſdras edicto Regis donisque refertus,*
Vadit ut Hebræos inſtruat, atque regat.
8 *Qui fuerint Eſdræ ſocii, quæ Regia ſecum*
Pro Templo tulerint munera Jeruſalem.
9 *Uxores duxiſſe videns de Gentibus Eſdras*
Hebræos, luget, mox veniamque petit.
10 *Omnis ut uxorem pellat ſi non ſit Hebræa,*
Imperat hic Eſdras, enumeratque reos.

ESDRÆ II.

1 *DEſtructam Solyman, miſeros quoq; luget Hebræos*
Triſtè Nehemias, poſcit opemque Dei.
2 *Rex Artaxerxes Nehemiæ donat ut urbem*
Reſtauret, veniens incitat ergo ſuos.
3 *Inſtaurant muris, portis, ac turribus urbem.*
Per quos, & quænam ſint fabricata refert.
4 *Perficiunt fabricam, terrentur ab hoſtibus, orant:*
Læva tenet gladium, dextera complet opus.
5 *Dira fames populi: Nehemias carpit avaros,*
Et vetat uſuras, diſtribuitque ſua.
6 *Fraudibus, inſidiis Nehemiam avertere tentant*
Hoſtes à fabricâ, vincit at ipſe dolos.
7 *Cuſtodes ſtructæ Nehemias ordinat urbis,*
Enumerat reduces, quid populuſque dedit.
8 *Plebs ſilet, atque docet Legem dum prælegit Eſdras:*
Feſta Tabernaclûm tunc ea læta colit.

9. Cri-

Digitized by Google

27 *Eſt Joatham bonus, hinc ſuperat, mulctatq; tributis.*
Ipſe Ammonitas. Filius ejus Achaz.
28 *Peſſima patrat Achaz, ideò punitur acerbè;*
Hunc ſed ab Idolis nulla flagella trahunt.
29 *Rex Ezechias Cantores, atque Miniſtros*
Ordinat in Templo, reſtituitque ſacra.
30 *Plebem Ezechias vocat hic pro menſe ſecundo,*
Quo bis ſeptenis Paſcha diebus agat.
31 *Plebs demolitur lucos, ſimulacra, profana:*
Templo & Levitis plurima dona ferens.
32 *Angelus Aſſyrios necat, atque à morte precando*
Rex liber, tumidus fit, reſipiſcit, obit.
33 *Impia quæ fecit Manaſſes, captus ob illa,*
Pœnitet, ac iterum Rex, meliora patrat.
34 *Joſias Domini cultum reſtaurat, & ædem:*
Utque Deum placet fœdera ſacra ferit.
35 *Magnificum celebrat Joſias Paſcha: necatur*
Ægypti Regi non bona bella movens.
36 *Urbs, Templum, populus pereunt, ſobolesq; Joſiæ.*
Plebs reliqua in Babylon migrat ad uſque Cyrum.

ESDRÆ I.

1 *Liberat Hebræos Cyrus, & ſacra vaſa redonat,*
Templum concedens ædificare Dei.
2 *Quot fuerint, Ducibusq; quibus Babylone reverſi,*
Et quæ pro Templo dona dedêre Duces.
3 *Plebs Altare redux fabricat, feſtumque celebrat,*
Fundamenta locat, ſacrificatque Deo.
4 *Impediunt cæptam ſtructuram Samaritani:*
Hinc ad Darii tempora ceſſat opus.

Digitized by Google

12 *Deficit à Domino Roboam, luit illicò, Seſac*
Vexat enim regnum, divitiaſque rapit.
13 *Millia (pugnâ unâ) quingenta trucidat Abias*
Jeroboamque fugat, prole beatus obit.
14 *Aſa pius regnat feliciter, Æthiopemque*
Zaram devincens millia mille necat.
15 *Aſa prophetiis animatus fœdus inivit,*
Et plebs cum Domino, tum ſimulacra terit.
16 *Auxilium contra Baaſam petit Aſa Syrorum,*
Correptuſque furit: torquet eum podagra.
17 *Divitiis, armiſque potens, pietate probatus*
Rex Joſaphat Legem curat ubique Dei.
18 *Ad bellum Joſaphat ſocius comitatur Achabum:*
Evadit Joſaphat, ſed perit unus Achab.
19 *Judicibus mandat Joſaphat: Decernite juſtum,*
Levitæ ſatagant munus obire ſuum.
20 *De trino Joſaphat donat Deus hoſte triumphum:*
Aſt Ochoziæ punit amicitiam.
21 *Rex Joram fratres, alioſque trucidat, Eliæ*
Littera carpit eum, punit eumque Deus.
22 *Iſraël, atque Judæ Reges occidit Iehu:*
Servaturq; Joas dum furit Athalia.
23 *Impia per Jojadam jugulatur Athalia; Regem*
Erudit is, nutrit, conſtituitque Joam.
24 *Eſt Jojadâ vivente Joas bonus; at Zachariam*
Impius inde necat, cæditur ipſe quoque.
25 *Vincit Amaſias Idumæos, vincitur ipſe*
Dum ſimulacra colit, poſtea caſus obit.
26 *Oziæ pietas, victoria, denique faſtus:*
Inficitur leprâ ſacrificare volens.

Digitized by Google

27 *Militibus præerat quis quovis menſe; Miniſtri*
Quique Davidis erant, qui Tribuumq́ Duces.
28 *Primores populi David admonet, & Salomonem,*
Templique Ideam dat, fabricare jubens. (tur.
29 *Quid David ad Templum tribuit populuſq́, refer-*
Rex iterum Salomon unctus, abitque David.

PARALIPOMENON II.

1 *QUam poſcit Salomon datur huic ſapientia multa,*
Inſuper addit opes, grande decuſque Deus.
2 *Deligit Artifices Salomon ut fabrica fiat*
Templi; horum numerus, quis fueritque cibus.
3 *Conſtruitur Templum, Sanctorum Sancta, tegenſque*
Velum: præ foribus bina columna fuit.
4 *Ara duplex, Conchæq́ decem, Mare fuſile, Menſæ,*
Candelabra decem, cunctaque vaſa ſacra.
5 *Arcam cum jubilo portant, & vaſa ſacrata*
In Templum; Domini gloria replet idem.
6 *Fert Domino grates Salomon, benedicit Hebræos:*
Audiri in Templo ſupplicat ipſe preces.
7 *Hoſtia multa ſacram Salomon dum dedicat ædem,*
Quem Deus exaudit, commonet huncq́ ſimul.
8 *Urbes ædificat, Chananæos ſubjugat omnes,*
Et Templi Salomon munia diſtribuit.
9 *Obſtupuit Regina Saba. Sapientia, fama,*
Et Salomonis opes, magnificuſque Thronus.
10 *Sciſſio fit Tribuum, Roboa mala ſenſa ſecuto,*
Non niſi bina manet, Jeroboæque decem.
11 *Contra Jeroboam Roboam pugnare vetatur.*
Ad Roboam Levi ſtirps redit, atque boni.

12 De-

Digitized by Google

12 *Deficit à Domino Roboam, luit illicò, Seſac*
Vexat enim regnum, divitiaſque rapit.
13 *Millia (pugnâ unâ) quingenta trucidat Abias*
Jeroboamque fugat, prole beatus obit.
14 *Aſa pius regnat feliciter, Æthiopemque*
Zaram devincens millia mille necat.
15 *Aſa prophetiis animatus fœdus inivit,*
Et plebs cum Domino, tum ſimulacra terit.
16 *Auxilium contra Baaſam petit Aſa Syrorum,*
Correptuſque furit: torquet eum podagra.
17 *Divitiis, armiſque potens, pietate probatus*
Rex Joſaphat Legem curat ubique Dei.
18 *Ad bellum Joſaphat ſocius comitatur Achabum:*
Evadit Joſaphat, ſed perit unus Achab.
19 *Judicibus mandat Joſaphat: Decernite juſtum,*
Levitæ ſatagant munus obire ſuum.
20 *De trino Joſaphat donat Deus hoſte triumphum:*
Aſt Ochoziæ punit amicitiam.
21 *Rex Joram fratres, alioſque trucidat, Eliæ*
Littera carpit eum, punit eumque Deus.
22 *Iſraël, atque Judæ Reges occidit Iehu:*
Servaturq; Joas dum furit Athalia.
23 *Impia per Jojadam jugulatur Athalia; Regem*
Erudit is, nutrit, conſtituitque Joam.
24 *Eſt Jojadâ vivente Joas bonus; at Zachariam*
Impius inde necat, cæditur ipſe quoque.
25 *Vincit Amaſias Idumæos, vincitur ipſe*
Dum ſimulacra colit, poſtea cæſus obit.
26 *Oziæ pietas, victoria, denique faſtus:*
Inficitur leprâ ſacrificare volens.

27 Militibus præerat quis quovis menſe; Miniſtri
Quique Davidis erant, qui Tribuumq; Duces.
28 Primores populi David admonet, & Salomonem,
Templique Ideam dat, fabricare jubens. (tur.
29 Quid David ad Templum tribuit populuſq;, refer-
Rex iterum Salomon unctus, abitque David.

PARALIPOMENON II.

1 QUam poſcit Salomon datur huic ſapientia multa,
Inſuper addit opes, grande decuſque Deus.
2 Deligit Artifices Salomon ut fabrica fiat
Templi; horum numerus, quis fueritque cibus.
3 Conſtruitur Templum, Sanctorum Sancta, tegenſque
Velum: præ foribus bina columna fuit.
4 Ara duplex, Concheq; decem, Mare fuſile, Menſa,
Candelabra decem, cunctaque vaſa ſacra.
5 Arcam cum jubilo portant, & vaſa ſacrata
In Templum; Domini gloria replet idem.
6 Fert Domino grates Salomon, benedicit Hebræos:
Audiri in Templo ſupplicat ipſe preces.
7 Hoſtia multa ſacram Salomon dum dedicat ædem,
Quem Deus exaudit, commonet huncq; ſimul.
8 Urbes ædificat, Chananæos ſubjugat omnes,
Et Templi Salomon munia diſtribuit.
9 Obſtupuit Regina Saba. Sapientia, fama,
Et Salomonis opes, magnificuſque Thronus.
10 Sciſſio fit Tribuum, Roboæ mala ſenſa ſecuto,
Non niſi bina manet, Jeroboæque decem.
11 Contra Jeroboam Roboam pugnare vetatur.
Ad Rob[illegible] ſtirps redit, atque boni.

12 De-

Digitized by Google

12 *Qui ſocii fuerint David fugiente Saulem,*
Et quinam ut fieret Rex adiêre David.
13 *Arca domo Abinadab hic deportatur in ædes*
Obededom, quam dum ſuſtinet Oza perit
14 *Uxores ſobolemque David dum ſtruxerat ædes*
Auget, bis hoſtes dat ſuperare Deus.
15 *Ducitur Arca Sion populo plaudente, Davidque*
Saltat amictus Ephod, deſpiciente Michol.
16 *Victima multa datur, lætus depromitur Hymnus;*
Qui pſallant Domino conſtituitque David.
17 *Ædificare David Templum vult: Filius, audit,*
Quem gignes faciet; laudat obinde Deum.
18 *Fortia geſta David, cunctos devicit ut hoſtes:*
Quique Miniſtri ejus, quique fuêre Duces.
19 *Probris Legatos David afficit Hanon, emitque*
Auxilium Syrios, hos ſuperatque David.
20 *Rex Ammon populuſque cadunt victore Davide,*
Terque Philiſtæi, trinus ibique gigas.
21 *Enumerat David populum, qui peſte feritur;*
Sed placat precibus, dans holocauſta, Deum.
22 *Præparat impenſas Templi David, & jubet iſtud*
Filius ut Salomon extruat, atque Duces.
23 *Rex deſignatur Salomon, numerantur & omnes*
Levitæ, illorum ſacra Miniſteria.
24 *Viginti quatuor claſſes, ut quiſque Sacerdos*
In propriâ peragat munia ſacra vice.
25 *Viginti quatuor claſſes ſors ordinat, Hymnos*
Ut Levita canat tempore quiſque ſuo.
26 *Sors Templi portas qui ſervent ordine claſſes*
Dividit in quatuor. Credita Gaza quibus.

27 *Mi-*

Digitized by Google

23 *Cum Domino fœdus renovat, mala quælibet aufert*
Joſias, celebrat Paſcha, peremptus obit.

24 *Poſt Joakim Joachin Rex, ducitur hic Babylonem:*
Deinde Sedechias ultima ſceptra tenet.

25 *Jeruſalem, Templumque ruunt, populuſq́ necatur,*
Præter captivos qui Babylona migrant.

PARALIPOME NON I.

1 *POſteritas Adæ, ſignanter ad uſque Abrahamum.*
Progenies Abrahæ, & ſtemma refertur Eſau.

2 *Progenies Judæ narratur ad uſque Davidem:*
Huic multi fratres, bina fuitque ſoror.

3 *Quæ numeroſa fuit ſoboles, quod ſtemma Davidis,*
Poſteritas ejus regia quæque fuit.

4 *Stirps iterum Judæ, ſtirps & Simeonis habetur,*
Enecat hæc Amalec, progeniemque Chami.

5 *Stirps Tribuum Ruben, Gad, dimidiæq́ Manaſſis,*
Et quæ contigerint his bona, quæque mala.

6 *Poſteritas Levi, Cantores, atque Miniſtri*
Templi, Stirps Aaron, Confugiique loca.

7 *Iſſachar hic ſtirpem, cum Benjamin, atq́ Manaſſis,*
Conſpicis, ac Ephraim, Nephthalicamq́, & Aſer.

8 *Benjamin enumerat rurſum genus uſque Saulem,*
Et quorum Jonathas ſit pater, & ſit avus.

9 *Qui fuerint cives Solymæ, Templique Miniſtri.*
De Saul ex Jonathâ poſteritate quoque.

10 *Ob peccata Deus regno vitâque Saulem*
Privavit, poſitum corpus in urbe Jabes.

11 *Rex fit, & expugnat Solymam David, abſtinet undâ*
De Bethlêm, illius quia generoſa cohors.

12 *Qui*

Digitized by Google

8 *Prædia redduntur viduæ. Rex (Hazaël audit)*
Fies poſt Benadad; pellit Edomque jugum.
9 *Unctus Ochoziam Joramque trucidat Iehu.*
Præcipitata fuit Jezabel eſca canum.
10 *Semen Achab, & Ochoziæ perimuntur amici,*
Cultoreſque Baal enſe doloque Jehu.
11 *Enecat omne genus Regale Athalia, ſervat*
Joſaba (qui Rex fit Jojadâ agente) Joas.
12 *Reſtaurare Joas Templum jubet; Hazaël inde*
Muneribus placat, poſtque peremptus obit.
13 *Hîc Syriæ clades Eliſæus vaticinatur,*
Et moritur: vivum mortuus ille facit.
14 *Punit Amaſias homicidas patris, at ipſe*
Devictus capitur, Jeruſalemque luit.
15 *In Judâ regnant Ozias, Joathan, Achaz:*
Iſraël illorum tempore quinque regunt.
16 *Luſtrat Achaz natum, petit auxilium Aſſyriorum,*
Altare in Templo ſacrilegumque facit.
17 *Fertur in Aſſyrios plebs Iſraël, obque leones*
Gentes cum vero Numine falſa colunt.
18 *Rex Ezechias Idola, atque omnia prava*
Suſtulit, at vexat Sennacheribus eum.
19 *Percutit Aſſyrios, & liberat Angelus urbem,*
Sennacheribque perit dum ſimulacra colit.
20 *Sol retrogreditur: mortemque precando repellit*
Rex Ezechias, qui malè monſtrat opes.
21 *Crimina Manaſſis, cui Rex ſuccedit iniquus*
Amon, Joſias ter pius inde regit.
22 *Joſias Templum reſtaurat, & Holda prophetat:*
Poſt obitum Regis dira flagella manent.

23 *Cum*

Digitized by Google

16 *Se Zambri poſtquam Baaſæ genus omne, trucidat.*
Poſt Amri regnat ter ſceleratus Achab.

17 *Non pluit. A corvis, viduâque cibatur Elias;*
Suſcitat exanimem, dat viduaque cibum.

18 *Increpat Elias Achab, & Pſeudo-prophetas*
Occidit, pluvias impetrat ille prece.

19 *Jezabel Eliam fugat, hic perrexit in Horeb:*
Unxit Eliſæum, ac Hazaël, atque Jehu.

20 *Obſidione premit Samariam Benadad, ille*
Fert cladem duplicem, cui malè parcit Achab.

21 *Jezabel inſidiis Naboth perit: Achab Elias*
Arguit, & pœnam vaticinatur ei.

22 *Achab it ad pugnam Joſaphat comitante, peritque.*
Rex fit Ochozias, poſt Joſaphatq; Joram.

REGUM IV.

1 *ÆGer Ochozias obit ùt prædicit Elias,*
Bis quinquagenos qui necat igne viros.

2 *Tollitur Elias; Eliſæus dividit undas,*
Et ſale ſanat aquas. Vindicat urſus eum.

3 *Militibus potus, victoria Regibus extat,*
Hîc per Eliſæum, depopulantque Moab.

4 *Vaſa Propheta oleo replet, & dat gignere prolem,*
Suſcitat exanimem, multiplicatque cibos.

5 *Mundat Eliſæus Naaman, ſed lepra Giëzi*
Inficit, ejuſque ob dona recepta genus.

6 *Nat per Eliſæum ferrum, inſidiaque pateſcunt,*
Samariamque fames, obſidioque premit.

7 *Cras, Eliſæus ait, frumenti copia fiet.*
Leproſi referunt ſpectra fugaſſe Syros.

8 *Præ-*

Digitized by Google

1 *ABiſag eſt juncta David, regnumque Adonias*
Ambit, at eſt Salomon unctus agente David.
2 *Dat moriens mandata David. Joab, ac Adonias,*
Et Semei pereunt. Pellitur Abiathar.
3 *Quam petit à Domino Salomon Sapientia præſto eſt;*
Judicium binâ hoc de meretrice probat.
4 *Oeconomia domûs Salomon, pax, proſperitaſque*
Regni, quot fecit carmina, quoſque libros.
5 *Artifices Hiram, lapides, & ligna miniſtrat,*
Ut Templum Salomon ædificare queat.
6 *Ædificat Templum Salomon, & forma refertur,*
Quâ fuit exterius, quâ fuit interius.
7 *Annos per tredecim Salomon Palatia trina,*
Prôque domo Domini plurima vaſa facit.
8 *Impletur nebulâ Templum ſuſcepit ut Arcam.*
Orat Rex, offert millia multa boum.
9 *Admonet Omnipotens Salomonem, hic munerat Hi-*
Extruxitq́; urbes, claſſe paravit opes. (ram:
10 *Perſpectis cunctis Saba Regina ſtupeſcit.*
Quæ Salomonis opes, magnificuſq́; Thronus.
11 *Uxores flectunt Salomonis cor ad iniqua,*
Hinc hoſtes patitur tres, moriturque ſenex.
12 *Diſcindit regnum Roboam juvenile ſequendo*
Conſilium: vitulos Jeroboamque colit.
13 *Contra ſacrificos, vitulique Altare prophetans,*
In Bethel comedens, dente leonis obit.
14 *Nuntiat Abias mala domui Jeroboami:*
Hic obit, & Roboam. Plebs ſimulacra colit.
15 *Abias ſequitur Roboam, Rex Joſaphat Aſam,*
Jeroboa Baſaa hic enecat omne genus.

16 Se

10 *Probris Legatos David afficit Hanon, opemque*
Adſciſcit Syria, vincit eamque David.
11 *Dum Joab obſedit Rabbath fit David adulter,*
Et necat Uriam, crimen ut ipſe tegat.
12 *Pœnitet, & veniam David obtinet, aſt obit infans:*
Naſcitur & Salomon, captaque Rabba fuit.
13 *Ob ſtuprum Thamar eſt occiſus ab Abſalon Amnon;*
Qui fugit in Geſſur, manſit ibique diu.
14 *Conciliat natum mulier Thecuita Davidi,*
Et Joab ut patrem cernere poſſit, agit.
15 *Abſalon in patrem conjurat; nudipes, & flens*
Hic fugit è Solymis, quo redit Arca Dei.
16 *Siba cibos adfert, Semei maledicta Davidi.*
Conſtuprat uxores Abſalon ipſe patris.
17 *Se necat Achitophel Chuſai dum diſſipat ejus*
Conſilium; ſalvat ſeque ſuoſque David.
18 *Pugna fit, à que Joab transfixus in arbore pendens*
Abſalon; illius flet David interitum.
19 *Rex luctum cohibet, Solymamq; reducitur, atque*
Dat veniam Semei. Miphiboſeth queritur.
20 *Seditio Seba. Joab Amaſa fraude necatur.*
Lebera fit Seba dum dat Abela caput.
21 *Ceſſat plaga famis crucifixâ prole Saülis,*
Inque Philiſthaos bella fuêre quater.
22 *Hoſtibus evictis Domino David accinit Hymnum:*
Eſt Dominus robur, pars mea, petra, ſalus.
23 *Ultima verba David, & fortia facta virorum:*
Nominat hoc illos, enumeratque caput.
24 *Hîc David enumerat populum, qua peſte necatur,*
Dumque fit Ara Deo flectitur ille prece.

Digitized by Google

27 *Rex Achis Siceleg profugo dat David, hic inde,*
Prædam agit, Hebræis Rex nocuiſſe putat.
28 *Preſſus ab hoſte Saul Samuëlem ut ſuſcitet urget*
Sagam, qui veniens: Cras morieris, ait.
29 *Ad bellum tendit David cum Rege Geth Achis:*
Diſplicet at Satrapis, unde remiſſus abit.
30 *Diripitur Siceleg; David excutit hoſte necato*
Prædas, ex æquo dividit haſce ſuis.
31 *Occiſis natis ſeſe Saul ipſe trucidat:*
Oſſa ſepulta Jabes, hoſtis at arma tulit.

REGUM II.

1 *SE jugulaſſe Saul qui nuntiat Amalecites,*
Hunc David occidit, luget & ille Saul.
2 *Rex Juda David eſt, ſuper Iſraël Isboſeth unctus:*
Pro Isboſeth Abner erat, proque Davide Joab.
3 *Deficit ad David offenſus ab Isboſeth Abner,*
Quem Joab occidit fraude, dolente David.
4 *Isboſeth occidunt Baana, & Rechab, atque Davidi*
Dum caput apportant, ille necavit eos.
5 *Ungitur hic iterum David, & Sion arce potitur,*
Ædificatq; domum, bis quoque victor ovat.
6 *Ducitur Arca Dei, ſaltat David, Oza necatur.*
Fit ſterilis Michol ſpernit ut illa David.
7 *Ædificare David Templum dum cogitat, audit:*
Hoc faciet Salomon, laudat obinde Deum.
8. *David Hebræorum cunctos ſibi ſubjugat hoſtes,*
Atque tributa capit; quos habuitq; Duces.
9 *David Miphiboſeth dat prædia cuncta Saulis,*
Convivamque facit: Siba miniſtrat ei.

Digitized by Google

12 *Se probat innocuum Samuël, populumq; nocentem,*
Quem monet ut linquat vana, Deumque colat.
13 *Arma Philiſthai victi graviora reſumunt:*
Plebs timet, & peccat ſacrificando Saul.
14 *Armiger, & Jonathas invadunt caſtra Philiſthim:*
Mel guſtans Jonathas penè necatus erat.
15 *Parcit Agag Regi juſſus Saul Amalecitas*
Perdere, ſic regnum perdidit ipſe ſuum.
16 *Ungitur in Regem David, quem Spiritus afflat,*
Dumque Saul furit, hûic fert Citharœdus opem.
17 *Proſternit fundâ Goliath David, & fugat hoſtes;*
Amputat enſe caput, victor idemque refert.
18 *Invidet inſanus Saul, atque necare Davidem*
Tentat, amat Jonathas, ſponſa daturq; Michol.
19 *Placatur Saul, at cupit ipſe necare Davidem*
Mox iterum, fugit hic, fitque Propheta Saul.
20 *Quòd Jonathas patris cor emollire nequibat,*
Ex pacto ſignum trina ſagitta fuit.
21 *David ad Achimelech fugit, enſe ciboque receptis,*
In Geth ſe confert, ùt fatuumque gerit.
22 *Odollam petit, inde Moab David, eſtque reverſus:*
Morſque Sacerdotum pracipiente Saul.
23 *Liberat hîc Ceïlam David, hunc produntq; Ziphai,*
Quarere quem ceſſat preſſus ab hoſte Saul.
24 *David in Engaddi chlamydis Saul abſtulit oram,*
Sicque probat quòd non inſidietur ei.
25 *Expirat Samuël. David vult perdere Nabal,*
Placat at Abigaïl, quæ fit & uxor ei.
26 *In Ziph dum dormit Saul ejus & haſta ſcyphuſque*
Tollitur à David, qui benedicta refert.

27 *Rex*

Digitized by Google

1 *IN Moab it ſociata viro natiſque Noëmi,*
Poſt quorum mortem Ruth comitante redit.
2 *Colligit ex agro ſpicas Ruth ſedula, granum*
Excuſſum defert veſpere læta domum.
3 *Ruth petit eſſe Booz conjux, promittit hic ; illam*
Si non vult alius ducere iure prior.
4 *Ruth conjuncta Booz (illi cedente propinquo*
Jus) parit Obed, Iſaj qui pater, iſque David.

REGUM I.

1 *QUi Samuëlis avi, ſterilis quem parturit Anna,*
Et donat ſicut voverat illa Deo.
2 *Anna canit Domino multùm fœcunda. Sceleſtos*
Non ſat Heli natos corripit, unde luet.
3 *A Domino Samuël quater inclamatur, & audit,*
Ob natos pœnas quas patietur Heli.
4 *Arca Dei capitur victo bis Iſraël: Heli*
Poſt natos moritur, parturienſque nurus.
5 *Ante Arcam Dagon bis ſternitur. Ulcere fœdo,*
Morte Philiſthæi, muribus atque luunt.
6 *Muribus, ac Anis junctis fuit Arca remiſſa,*
Quæ Bethſamitis viſa necavit eos.
7 *In Cariathiarim venit Arca, caduntq́; Philiſthim,*
Supplicat ut Samuël, intonuitque Deus.
8 *Ut ſibi Rex detur populus depoſcit Hebræus:*
Diſſuadet Samuël Regia jura docens.
9 *Inquirens aſinas patris à Samuële receptus*
Menſâ, conſiliis, hoſpitioque Saul.
10 *Ungitur, eligiturque Saul Rex Iſraël, ipſi*
Applauduntque boni, deſpiciuntque mali.
11 *Urbs Jabes à Rege Naas obſeſſa, ſed illam*
Liberat exciſo funditus hoſte Saul.

Digitized by Google

7 *Dimiſſis aliis Gedeon ſociique trecenti*
Madianitarum millia multa fugant.
8 *Offenſos Gedeon placat, perimitque malignos,*
At Madian's regnum nult, facit Ephod, obit.
9 *Abimelech ambit regnum, fratreſque trucidat;*
Sed tandem ſaxo fœmina ſternit eum.
10 *Poſt Tholam Jair eſt Judex: Ob crimina Hebræos*
Affligunt hoſtes, exprobrat atque Deus.
11 *Dum victis Ammonitis Dux Jephte triumphat,*
Filia per votum victima facta patris.
12 *Seditioſa cadit Tribus Ephratea, Duceſque*
Poſt Jephte Abeſan, Ajalon, Abdon erant.
13 *Fortis Samſonis prænuntiat Angelus ortum,*
Sit Nazaræus ſemper ut ipſe, jubet.
14 *Uxorem ducit Samſon, ſternitque leonem,*
Dat Problema, viros ter necat ipſe decem.
15 *Incendit Samſon ſegetes, & vincula rumpit,*
Mille Philiſtæos mandibulâque necat.
16 *Aufert urbe fores Samſon, quem Dalila prodit,*
Excæcant hoſtes, ſe necat hoſque ſimul.
17 *Sculptile, Ephodq; Micha, cui filius ante Sacerdos,*
Poſtea Levites Bethleemita fuit.
18 *Dum loca Danitæ quærunt ſibi commoda, Michæ*
Sculptile ſurripiunt vi, capiuntque Lais.
19 *Levitæ conjux Gabaa per ſtupra necatur,*
Diſſecta ad cunctas mittitur illa Tribus.
20 *Primò bis ſuperant, poſt victi Benjaminitæ:*
Demptis ſexcentis tota necata Tribus.
21 *Dantur in uxores Jabes, Siloque puellæ*
Sexcentis reliquis, ne Tribus intereat.

RUTH

Digitized by Google

17 *Portio dimidia Tribui donata Manaſſis.*
Hoſtibus excisis ſat locus amplus erit.
18 *Pro reliquis ſeptem Tribubus deſcriptio facta:*
Ex his ſors Tribui Benjamin una datur.
19 *Iſſachar, & Simeon, Zabulon, Dan, Nephthali, & Aſer*
Accipiunt ſortes. Urbs datur una Duci.
20 *Tres cis Jordanem, tres deſignantur, & ultra*
Urbes confugii. Dentur Aſyla quibus.
21 *Quadraginta urbes Levitis dantur, & octo.*
Confectis bellis pax requieſque fuit.
22 *Gad, Manaſſe, Ruben fabricant Altare remiſſi:*
Hoc turbat reliquos, ſed data cauſa placet.
23 *Grandævus Joſuë bona multa prophetat Hebræis,*
Si Legem ſervent, ſed mala multa malis.
24 *Admonet Hebræos Joſuë ferventer, obitque.*
Oſſa ſepulta Joſeph: ac Eleazar obit.

JUDICUM.

1 *CUm Simeone Judas Chananæos vincit; at illis*
Parcentes reliqui, ſola tributa petunt.
2 *Angelus Hebræis fletum cit: ſæpius illi*
Salvati, ſemper deteriora patrant.
3 *Othoniël vincit Chuſan, Aod enecat Eglon*
Poſt hos Salvator vomere Samgar erat.
4 *Debbora cum Barac Siſaram ſuperatque fugatque,*
Et Jahel huic clavo tempora figit humo.
5 *Depromunt Domino Barac, & Debbora laudes,*
Atque Hebræorum parta trophæa canunt.
6 *Diruit electus Gedeon ſalvator Hebræis*
Lucum Aramque Baal: vellere ſigna petit.

7 Di-

2 *Exploratores Jericho mittuntur, eoſque*
Occultans ſervat ſeque ſuoſque Rahab.
3 *Jordanis removentur aquæ. Præit Arca, ſecuta*
Gens ſicco fluvium tranſit Hebræa pede.
4 *Bis ſeni lapides medio Jordane locantur:*
In Caſtris totidem tot poſuêre viri.
5 *Gens Chananæa timet: Circumciduntur Hebræi.*
Fit Phaſe. Man ceſſat. Viſio facta Duci.
6 *Circumeunt Jericho, muriſque ruentibus, urbem*
Funditùs exſcindunt. Unica ſalva Rahab.
7 *Oppugnatur Haï, primòque fugantur Hebræi*
Ob furtum, quod Achan illicò morte luit.
8 *Vincit Hebræus Haï, prædam capit, & ſuper Hebal*
Legis in Altari copia ſcripta fuit.
9 *Se Gabaonitæ fingentes eſſe remotos*
Salvant, ſed Templo ligna ut aquaſque ferant.
10 *Reges quinque necat Joſuë, quos vicerat: ejus*
Imperio ſtat Sol. Oppida multa capit.
11 *Rex Aſor, atque alii multi ſuperantur, & urbes*
Per Joſuë; poſt hæc terra quieta fuit.
12 *Præter Og, atque Sehon triginta vicit & unum*
Dux Joſuë Reges; enumerantur ii.
13 *Ut trans-Jordanem Tribubus ſua portio ceſſit,*
Detur & in Chanaan portio cuique ſua.
14 *Sorte Tribus Levi careat: ſit bina Joſephi.*
Jure petit Caleb, & datur Hebron ei
15 *Sors Tribui Juda data. Ducit Othoniël Axam,*
Cui ſuſpiranti dat pater irriguum.
16 *Sors Ephraim quænam fuerit. Chananæus in urbe*
Gazer permanſit certa tributa ferens.

17. *Par-*

Digitized by Google

21 *De cæde occultâ lex, & de prole rebelli.*
In cruce ſuſpenſus nocte manere nequit.
22 *Tecta domûs cingant, nec ſexum veſte recordant.*
Lex quæ de ſignis virginitatis erat.
23 *Quos capit, & quando, ſed quos Eccleſia numquam.*
Uſuram, furtum, ſcorta, pudenda vetat.
24 *Quem ritum ſervent uxorem quando repellunt.*
Dent citò mercedem, mutua pauperibus.
25 *Suſcitet ut fratri defuncto ſemina frater.*
Ne bovis os claudas. Libra ſit æqua tua.
26 *Edocet hîc Moyſes Decimas plebs, Primitiaſque*
Det quales, & ubi, quomodo, quando, quibus.
27 *Lex ſuper Hebal in Altari ſcribatur: ibidem*
In tranſgreſſores plebs maledicta tonet.
28 *Præmia promittit Legem ſervantibus ampla,*
Et mala prædicit maxima fœdifragis.
29 *Cùm Domino renovant diſruptum fœdus Hebræi:*
Idque monet Moyſes ne violare velint.
30 *Quòd ſit converſis Deus indulgere paratus:*
Sitque obſervatu Lex data poſſibilis.
31 *Degat ubi liber hic, & plebi quando legatur.*
Legem calcabit gens quòd Hebræa citò.
32 *Edocet hîc Moyſes cycnæum carmen Hebræos,*
Ut ſemper Domini plebs memor eſſe queat.
33 *Ante ſuam mortem Moyſes benedicit Hebræis,*
Et ventura ſimul vaticinatur eis.
34 *Mors Moyſis, Deus hunc ſepelit, fletq́ Iſraël omnis:*
Succedit populi Joſuë ductor ei.

JOSUE.

1 *OMnipotens animat Joſuam, qui mandat Hebræis*
Mox terram Chanaan ſeſe ut adire parent.

Digitized by Google

6 *Dilige corde Deum toto, mandataque ſerva,*
Et cura proles illa docere tuas.
7 *Occidi Dominus Chananæos imperat omnes,*
Cumque ipſis ullum fœdus inire vetat.
8 *Laus terræ Chanaan; bona præſtita plebi in eremo:*
Obſervent Legem nî mala multa velint.
9 *Ne ſibi præſumant ſua crimina narrat Hebræis,*
Ac ideò fuerint quanta pericla necis.
10 *Commemorat Legis Tabulas, & Fœderis Arcam.*
Ipſos qui tantùm tantus amavit ament.
11 *Ante fores, oculoſque jubet ſuſpendere Legem,*
Ad quam promiſſis incitat atque minis.
12 *Sacrificent ubi vult Dominus: ſed mandere carnes*
Non ſacras (dempto ſanguine) ubique licet.
13 *Occidi debent omnes Idola colentes.*
Seducens populum Pſeudo-propheta cadat.
14 *Quæ ſunt, quæ non ſunt animalia munda recenſet:*
Et circa Decimas quid ſpeciale jubet.
15 *Anno Sabbatico ſunt debita cuncta remiſſa.*
De pecorum quid agat quiſque prius-genitis.
16 *Præcipit ut celebret tria plebs primaria feſta:*
Tunc & ut ad Templum maſculus omnis eat.
17 *Summi Pontificis decreto ſtare jubentur.*
Quid Rex obſervet, qui ſit Hebræus eis.
18 *Promittit Chriſtum propriâ de gente Prophetam.*
Cuncta ſuperſtitio morte luenda manet.
19 *Jus quis Aſyli habeat. Teſtis non ſufficit unus.*
Et falſo teſti talio pœna datur.
20 *Tempore conflictûs quid agant, queîs parcere victis*
Debent, & quænam ligna ſecare queant.

21. De

Digitized by Google

28 *Quæ ſit quotidie, diverſis danda diebus*
Feſtivis quænam victima ſacra Deo.
29 *Menſe quid offerri ſepteno debeat, & quo*
Hebræi ritu tunc tria feſta colant.
30 *Omnia vota valent, & juramenta virorum,*
Fœminea at quæ ſint irrita, quæque rata.
31 *Hebræi periment Balaam cum Madianitis:*
Præda datur populo, aſt aurea cuncta Deo.
32 *Dat Tribubus Ruben, & Gad humum, mediaq; Ma-*
Moyſes, ſub certâ conditione tamen. (naſſis
33 *Quot per deſertum fuerint, & quæ ſtationes:*
Imperat & Chanaan omne necare genus.
34 *Promiſſæ terræ determinat undique fines,*
Et per quos populo diſtribuatur ea.
35 *Quadraginta octo Levitis dentur ut urbes*
Vult, & ut ex his ſex ſint in Aſyla Deus.
36 *In bona dum patris ſuccedit filia, debet*
Uni de propriâ nubere ſtirpe viro.

DEUTERONOMIUM.

1 *QUaliter ex Horeb in Cadesbarne migrarint,*
Et quænam fuerint murmura plebis ibi.
2 *Quî per Edom fines plebs, & Moabitidis ivit,*
Inque Sehon pugnans quî ſuperavit eum.
3 *Narratur victus Rex Og de ſtirpe Gigantum:*
Hujus, & Hebræis eſt data terra Sehon.
4 *Ut Legem ſervent Moyſes hortatur, & urbes*
Ultra Jordanem tres in Aſylâ notat.
5 *Quam Deus in Sinai Legem ſancivit Hebræis,*
Hic repetit Moyſes, ac ibi geſta refert.

Digitized by Google

13 *Exploratores Chanaan mittuntur, & inde*
Ad murmur populum dum rediêre movent.
14 *Vult Caleb, at fruſtra, compeſcere murmur: id annos*
Per quadraginta plebs vagabunda luet.
15 *Victima liba petit. Lapidatur Sabbata frangens.*
Vult vittas habeat veſtis ut ora Deus.
16 *Terra rebellantes glutit Core, Dathan, Abiron:*
Ac ignis prope ter millia quinque necat.
17 *Manſerunt reliqua ſicca, ſed amygdala ſola*
Protulit, & florens virga Aaronis erat.
18 *Levitæ decimas habeant, ſacra dona Sacerdos,*
Cui Levita dabit de decimis decimas.
19 *Tradit combuſta rufa de pulvere vacca,*
Quomodo luſtralis conficiatur aqua.
20 *Moyſes, ac Aaron peccant, moriturque Maria*
In Cades, & in Hor mortuus eſt Aaron.
21 *Rex Arad primum victor, poſt vincitur, & fit*
Æneus hîc ſerpens. Rex Sehon, Ogque cadunt.
22 *Ad Balac it Balaam maledicat ut Iſraëlitis,*
Carpitur aſt aſina voce loquentis ei.
23 *Hîc ſemel, ac iterum Balaam benedicit Hebræos,*
Proſpera & invitus vaticinatur eis.
24 *Hebræos rurſum Balaam benedicit, & inter*
Cetera: De Jacob ſtella orietur, ait.
25 *Plebs ſtuprat, & ſimulacra colit, ſed pœna ſecuta eſt.*
Ob zelum Phinees præmia magna tulit.
26 *Cunctarum Tribuum rurſus numerantur Hebræi,*
Terra quibus Chanaan diſtribuenda manet.
27 *Si deſint fratres ſuccedat filia patri.*
Poſt Moyſen populi Joſuë ductor erit.

26 *Servanti Legem promittit proſpera cuncta,*
Sed tranſgreſſores maxima pœna manet.
27 *Quo ritu redimat populus ſua vota docetur:*
Detque ſuas decimas, atque prius-genitos.

NUMERI.

1 *HEbræos numerant qui ſunt ad bella capaces,*
Excipe Levitas, hi ſacra vaſa ferant.
2 *Caſtra Tabernaclum cingant, & quem Tribus illud*
Cingendo debet quæque tenere locum
3 *A primo quot ſint ætatis menſe Levitæ:*
Pro primogenitis ſubſtituuntur ii.
4 *A triginta annis portent ſacra vaſa Levitæ:*
Hæc portanda Deus dividit inter eos.
5 *Quis non mundus eat de caſtris, zelotypuſque*
Conjugis indaget qui vir adulterium.
6 *Nazaræorum leges, qualique Sacerdos*
Utatur forma dum benedicit, habes.
7 *Hic ſucceſſivis adfert Dux quiſque diebus*
E Tribubus cunctis ordine dona Deo.
8 *Qua forma conſecrandus ſit quiſque Levita:*
Quaque ætate queat munus obire ſuum.
9 *Ad montem Sinai celebratur Paſcha ſecundum:*
Nubis & ad ductum caſtra movere docet.
10 *Sit tuba bina, quis inflet eas, quis & uſus earum.*
Deſeritur Sinai, concomitatur Hobab.
11 *Dat Deus Hebræis carnes, & murmura plectit,*
Concilium Sanedrim conſtituitque ſenum.
12 *Murmurat in Moyſen quia duxerat Æthiopiſſam,*
Dum cum fratre ſoror, plectitur illa lepra.

13 *Ex-*

Digitized by Google

11 *Quæ ſint immunda, quæ munda traditur eſca,*
Cujuſvis generis Beſtia, Piſcis, Avis.
12 *Tempore permaneat polluta puerpera quanto,*
Et quo ſit ritu purificanda docet.
13 *Quale ſit indicium lepræ veſtiſque hominiſque,*
Et quæ leproſo ſint facienda, notat.
14 *Quomodo ſanatum debent mundare leproſum,*
Et quid agant fuerit quando leproſa domus.
15 *Seminis ut fluxus pollutum, & menſtrua reddant,*
Et qui ſe tales purificare queant.
16 *Quomodo ſummus adit Sanctorum Sancta Sacerdos:*
Hebræus ſe tunc expiet omnis homo.
17 *Ante Tabernaclum ſolùm vult ſacrificari.*
Non comedant carnem ſi fera cepit eam.
18 *Inter quos vetitum ſit fœdus conjugiorum:*
Et quædam carnis crimina fœda vetat.
19 *Hic varias repetit leges, aliaſque recenſet*
De barba, arboribus, ſemine, veſte, comis.
20 *Occidi Dominus diverſos luxurioſos,*
Ac Idololatras præcipit, atque Magos.
21 *Quorum funeribus valeat quis adeſſe Sacerdos:*
Quæ ſit ei conjux: immaculatus erit.
22 *Immundus nemo comedat de ſanctificatis:*
Et quænam non ſit victima munda notat.
23 *Deſignat quot ſint, & qualia feſta quotannis,*
Et quonam ritu ſint celebranda docet.
24 *Qui ſacros panes ponant, aptentque lucernas.*
Blaſphemus pereat. Talio pœna datur.
25 *Sabbaticus, Jubilæus item decernitur annus,*
Quo redit ad ſtirpis prædia quiſque ſua.

26 *Ser-*

Digitized by Google

37 *Fœderis Arca, duo Cherubim, Thymiamatis Ara.*
Fiunt, & Panum Menſa, Lucerna quoque.
38 *Artifices faciunt Holocauſti Altare, Labrumque:*
Et quæ per populum ſint data dona refert.
39 *Veſtimenta Sacerdotalia conficiuntur:*
Completumque fuit, ſic opus omne ſacrum.
40 *Erigit extructum Moyſes, nubiſque columna*
Inde Tabernaclum nocte dieque tegit.

LEVITICUS.

1 *QUaliter offerri debent Holocauſta docetur,*
Ex ovibus, de avibus, de bobus, atq; capris.
2 *Quomodo ſacrificent ſimilam. Petit hoſtia quævis*
Sal, ſed fermento, ac melle carebit ea.
3 *Pacifica offerri quo ritu victima debet.*
Nullus vel ſanguis, vel comedatur adeps.
4 *Plebs, Princeps peccans quid dent, ſummuſq; Sacerdos,*
Quando ignoranter culpa peracta fuit.
5 *Hoſtia pro factis quæ ſunt commiſſa ſcienter*
In juramentis, & violando ſacra.
6 *Ignis in Altari Domini ſit ſemper. Edenda*
Victima peccati quæ, quibus, ac ubi ſit.
7 *Hoſtia delicti, ritus quoque Pacificorum,*
Et prohibetur adeps capræ, ovis, atque bovis.
8 *Cum quatuor natis Aaron ſit ritè Sacerdos:*
Conſecrat hos Moyſes, cunctaque vaſa ſacra.
9 *Primitias Aaron celebrat, benedicit Hebræos:*
Oblatas carnes cælica flamma vorat.
10 *Cæleſti Nadab, ac Abiu ſunt igne perempti.*
Sacrificans ſiceram non bibat, atque merum.

11. *Quæ*

Digitized by Google

22 *De furtis, & depoſitis, damniſque, ſtupriſque,*
Pignore, pupillis lex, decimiſque datur.
23 *Sit Judex æquus. Celebrent tria feſta quotannis:*
Et Legem ſervent ſi bona multa velint.
24 *Cum Domino plebs fœdus init, Moyſeſque diebus*
Eſt quadraginta in vertice montis Horeb.
25 *Mandat primitias; & Menſa, Fœderis Arca,*
Ac Candelabri congrua forma datur.
26 *Hîc ſtructura Tabernaclì deſcribitur omnis,*
Et quænam Moyſes ponere debet ibi.
27 *Quale Tabernaclì ſit & Atrium, & Ara Holocauſti,*
Ac oleum ſit pro Lampade quale, docet.
28 *Qualia Pontificis ſint indumenta ſupremi,*
Atque Sacerdotum qualia, forma datur.
29 *Forma Sacerdotes ſacrandi. Præcipit agnos*
Quotidie binos ſacrificare Deus.
30 *Qualiter Incenſi faciant Altare, Labrumque:*
Qualiter unguentum, quî Thymiama ſacrum.
31 *Eligit artifices, celebrari Sabbata mandat,*
Dat Legis Tabulas; ſcripſerat haſce Deus.
32 *Aureus à populo vitulus pro Numine cultus*
Scribitur hîc, & quæ pœna ſecuta fuit.
33 *Ob ſcelus admiſſum plebs flet, Dominumq; precando*
Hîc placat Moyſes, atque videre petit.
34 *Poſteriora Dei Moyſes videt, atque ſecundas*
Fert Legis Tabulas, cornua fronte gerens.
35 *Dona petit Moyſes, populus dat, Beſeleëlque*
Ex his cum ſociis omnia conficiet.
36 *Plebs offert nimium. Fiunt Tabulata, Columnæ,*
Cortinæ, Veſtes, & Saga trina, Baſes.

37. *Fæ-*

7 *Fit baculus Moyſis ſerpens, comeditque Magorum*
De virgis colubros. Fit cruor omnis aqua.
8 *Poſt ranas ſciniphes, tunc muſca graviſſima venit:*
Aſt obduratum cor Pharaonis erat.
9 *Brutorum peſtis ſuccedit, at ulcera ſexta,*
Grando cum tonitru ſeptima plaga fuit.
10 *Attulit Ægypto diras octava locuſtas;*
Horribiles tenebras nonaque plaga dedit.
11 *Prædicit Moyſes cadem primogenitorum:*
Ægyptum Hebræos & ſpoliare docet.
12 *Omne prius-genitum perit, & dum Paſcha peregit*
Iſraël, Ægyptum cùm ſpoliaſſet, abit. {que.
13 *Sit Domini quod vulvam aperit pecorumq; hominum-*
Ducatum Hebræi nubis, & ignis habent.
14 *Per mare dum ſicco pede gens tranſivit Hebræa,*
Sunt in eo merſi cum Pharaone ſui.
15 Cantemus Domino *Moyſes canit, atque Maria:*
Et fuit in Marâ reddita dulcis aqua.
16 *Manna datur populo dum murmurat, atque coturnix:*
Quadraginta annis Manna deinde pluit.
17 *In Raphidim petra fundit aquas, atque Amalecitæ,*
Dum pugnat Joſuë Moyſe precante cadunt.
18 *Uxorem Moyſis Jethro cum prolibus ejus*
Adfert, dat Moyſi conſiliumque bonum.
19 *In Sinai veniunt, ſeſeque parare jubentur*
Hebræi, ut Domini Lex ibi detur eis.
20 *Legis verba decem populo Deus ipſe profatur.*
Terra, vel inſectus vult ſit ut Ara lapis.
21 *Hebræus ſervus quali ſit lege regendus*
Quâ nequam proles, fur, homicida, boves.

22. *De*

43 *Benjamin & fratres redeunt frumenta petentes*
Ad Joſeph è Chanaan, qui bene tractat eos.
44 *In ſervum ſeſe Judas pro Benjamin offert,*
Quem furem fingens vult retinere Joſeph.
45 *Fratribus hic tandem ſeſe manifeſtat Ioſeph,*
Utque patrem quærant ipſe remittit eos.
46 *Jacob in Ægyptum cum prolibus omnibus intrat,*
Occurritque Joſeph fratribus, atque patri.
47 *Fratribus hic terram Geſſen procurat Ioſeph,*
Cogit & Ægyptum vendere cuncta fames.
48 *Ægrotans Ephraim Jacob, & Manaſſen adoptat,*
Commutanſque manus ſic benedicit eos.
49 *Jacobus moriens natis ventura prophetat:*
Quoſdam dilaudans, increpat aſt aliquos.
50 *Hic in Hebron patrem ſepelit Joſeph, ac obit ipſe,*
Annis dum centum vixerat atque decem.

EXODUS.

1 *POſt obitum Joſeph Hebræos multiplicatos*
Opprimit, & dirè Pharao perſequitur.
2 *Moyſen aquâ eripiens ſibi filia Regis adoptat,*
In Madian qui poſt à Pharaone fugit.
3 Sum qui ſum *Moyſi apparens Deus inquit in Horeb,*
Plebis & afflictæ præcipit eſſe ducem.
4 *Ægyptum repetit Moyſes, venit obvius illi*
Frater, plebs credit dum tria ſigna videt.
5 *Dimitti populum Moyſes petit à Pharaone,*
Vexat hic Hebræos plus, nec abire ſinit.
6 *Moyſen & oppreſſos Dominus ſolatur Hebræos,*
Stirps Ruben, & Simeon texitur, atque Levi.

7. Fit

Digitized by Google

28 *Tangentem cœlum ſchalam conſpexit Iacob,*
Iratum profugus quando timebat Eſau.

29 *Labani pecudes Jacobus paſcere debet*
Annis bis ſeptem pro Rachel atque Lia.

30 *Poſt natum Joſeph Labano ſervit Iacob*
Sex annis, pecudes hujus & arte capit.

31 *Clam Jacob aufugit ſua ducens omnia ſecum,*
Surripuitque Rachel tunc ſimulacra patris.

32 *Angelus à Jacob victus benedicit eundem,*
Et: Dictus poſt hac Iſraël, inquit, eris.

33 *Obvius iratum fratrem placavit Iacob,*
Qui poſt in Salem venit, & emit agrum.

34 *Filia Jacobi per Sichem Dina ſtupratur:*
Hic ideo periit cum patre & urbe ſua.

35 *Benjamin hîc pariens moritur Rachel, & ſepelitur:*
Inceſtuſque Ruben, morſque refertur Iſaâc.

36 *Gens Idumaeorum tribus ex uxoribus Eſau,*
In Seïr hic locuples iverat è Chanaan.

37 *Somnia Joſephi, quem fratres Iſmaëlitis*
Vendunt, poſt & ab his Putiphar emit eum.

38 *Mors Her ac Onan; cum Thamar peccat Iüdas:*
Zara per hoc factum gignitur atque Phares.

39 *Joſeph adulterium fugit, accuſatur & inſons,*
Credulus hunc nimium carcere claudit herus.

40 *Proſpera Pincerna, Piſtori triſtia Joſeph*
Prædicit, referans ſomnia utrique ſua.

41 *Somnia Joſephus Pharaonis ut explicat, ipſum*
Præficit Ægypto Rex, Aſenethque dedit.

42 *Dum fratres, quem non cognoſcunt Joſeph adorant,*
Dat frumenta quidem, ſed male tractat eos.

D 43. *Ben-*

13 *Jurgia ne fiant à Lot ſe ſeparat Abram,*
Semen huic ſpondet multiplicare Deus.
14 *Hîc Reges primum victores, poſt ſuperavit,*
Ac a Melchiſedech eſt benedictus Abram.
15 *Filius, & tellus Chanaan promittitur Abræ,*
Et quæ ſors ejus poſteritatis erit.
16 *Concipit, hincque tumens affligitur, & fugit Agar,*
Aſt humilis rediens Iſmaël illa parit.
17 *Stirpis Abræ circumcidendus maſculus omnis.*
Abram Abraham, Saraj Sara vocanda dein.
18 *Excipit Angelicos convivas tres Abrahamus,*
Ut Sodomis parcat ſupplicat ille Deum.
19 *In Sodomam Dominus de cœlo ſulphur & ignem*
Depluit, & natas Lot ſtuprat ipſe ſuas.
20 *A Rege Abimelech Abrahami tollitur uxor,*
Aſt intacta ſtatim redditur illa viro.
21 *Promiſſus toties de Sarâ naſcitur Iſaâc,*
Et cum matre domo hîc Iſmaël ejicitur.
22 *Vult Abraham natum Domino mandante necare,*
Angelus aſt obſtat, qui benedicit eum.
23 *Defunctam Saram luget ſepelitque maritus,*
Campus in Hebron ad hoc, & ſpecus empta duplex.
24 *Quærat ut uxorem pro nato mittit Abramus,*
Hîc in Haran ſervum: ducta Rebecca fuit.
25 *Ex Cethurâ Abraham proles ſex gignit, obitque.*
Vendit Eſau fratri jura prius-geniti.
26 *In Geraris Iſaac cum Principe fœdus inivit,*
Quo peregrinari fecerat orta fames.
27 *Jacobum benedicit Iſaâc, dum finxerat ille*
Se primogenitum matre monente ſua.

28. *Tan-*

Digitized by Google

SINGULORUM DIVINORUM LIBRORUM
SINGULA CAPITA
SINGULIS DISTICHIS COMPREHENSA

GENESIS.

1 *PRincipio Dominus Cœlum terramque creavit,*
Ornavit ſenis inde diebus ea.
2 *De limo plaſmatur Adam, formatur & Heva*
De coſtâ. Fructus qui prohibetur edi.
3 *Dæmonis inſidiis peccarunt Proto-parentes,*
Sed mox illorum pœna ſecuta fuit.
4 *Hic Caïn occidit fratrem, deſperat & errat:*
Poſt prolem generans conſtruit Henochiam.
5 *Gignit Adam Seth, & moritur, ſuſtollitur Henoch,*
Seth quoque progenies texitur uſque Noë.
6 *Diluvium Dominus propter peccata minatur,*
Arcam præcipiens ædificare Noë.
7 *Intrant de ſpecie quavis animalia quædam*
Arcam, diluvium cætera cuncta necat.
8 *Unda decreſcunt, exit cum prolibus Arcam,*
Et placat Dominum dans holocauſta Noë.
9 *Cham ridet patrem quòd nudus, & ebrius eſſet:*
Sem pius atque Japhet velat uterque patrem.
10 *Quæ proles fuerit Sem, Cham, Japhet exhibet, omne*
Humanum per quos extat in orbe genus.
11 *Quomodo confudit Deus in Babylone loquelam:*
Progenieſque Semi texitur uſque ad Abram.
12 *In Chanaan Deus Abramum vocat; orat hic intrans*
Ægyptum Saram: Dic mea quòd ſoror es.

13. *Jur:*

Digitized by Google

Joannis I.

*NOſtra fides mundum vincit, Joannis ut inquit
Littera prima, docens quòd Chriſtus homoq; Deuſque
Sit, qui nos Patri placat: tum falſa docentes
Devitare monet, fratres & amare, Deumque,
Nos adeò qui dilexit, neque credere cunctis.*

Joannis II.

*ELectam Dominam laudat, natoſque ſecundâ
Joannes, optatque bonum, monet inſuper illos;
Diligite alterutrum, ſeductoreſque cavete,
Sinceram retinete Fidem; tranſcribere vobis
Non volo plura modò, præſentes ſpero loquemur.*

Joannis III.

*TErtia commendat Joannis Epiſtola Gajum
Quòd ſit ſincerus, peregrinos quòdque benignè
Suſcipiat; ſed Diotrephes nec ſuſcipit ipſe,
Nec ſinit ut faciant alii, garritque maligna.
Scribit pauca, brevi Gajum quia cernere ſperat.*

Judæ.

*UT ſemel acceptam normam ſervare Fideles
Sacratæ Fidei ſatagant hortatur Judas,
Utque malos caveant, & fœdè luxuriantes,
Qui Cain, & Balaam, Sodomamque, Coreque ſequuntur,
Æternumque luent, ùt prædixêre Prophetæ.*

Apocalypſis.

*APocalypſis habet totidem Myſteria, verbis
Quot conſtat, ſeptem Prælatos Eccleſiarum
Admonet; in Chriſti regno ventura prophetat
Symbolicè, pœnamque malis, & præmia juſtis,
Judiciumque, Antichriſtum, patriamque ſupernam.*

Te decet hymnus Deus. Pſal. 64.

Digitized by Google

Ad Philemonem.

PErmultum Paulus laudatque Philemonem, & orat
Ut rediens gratus ſit ſervus Oneſimus illi:
Fugerat hic quondam; ſed Romæ Paulus eundem
Subdiderat Sanctæ fidei, Dominoque remittit,
Quem rogat ut Paulo vincto ſervire ſinatur.

Ad Hebræos.

PAulus ad Hebræos ſcribit quòd Chriſtus Jēſus,
Filius æterni Patris, ſummuſque Sacerdos
Ordine Melchiſedech ſit, quo ſtatuente Vetuſta
Eſt in Euangelium Lex permutata: deinde
Virtuteſque docet, monet & peccata cavere

Jacobi.

JAcobus ſcribit: Fratres tentatio prodeſt,
Mortua ſola Fides, operi ſed juncta ſalutem
Illa dabit, ſtudio permagno eſt lingua domanda,
Nec fluxæ quærantur opes, ungatque Sacerdos
Infirmos, multumque poteſt oratio juſti.

Petri I.

OFficium Paſtoris agens, nos ſanguine Chriſti
In primâ Petrus dum dixerat eſſe redemptos,
Admonet ad ſanctos mores: tribulatio nulla
Nos frangat; felix etenim pro nomine Chriſti
Qui patitur: Munus peragat benè quiſque Fidelis.

Petri II.

PEr bona facta monens ut certa vocatio fiat,
Pſeudo-prophetarum falſiſſima dogmata taxat,
Et culpas, pœnaſque refert hæc altera Petri
Littera, prædicens quòd Judex furis ad inſtar
Adveniet, cuncti ſemper ſint ergo parati.

JOAN-

Digitized by Google

AD THESSALONICENSES I.

PAulus ob egregios mores, Fideique vigorem
Theſſalonicenſes laudat, quibus optat adeſſe.
Otia, ſpurcitias caveant, cor flagret amore,
Nec doleant ob defunctos, hi namque reſurgent.
Ut fur ſic Judex veniet, ſint ergo parati.

AD THESSALONICENSES II.

THeſſalonicenſes, iterum laudatque monetque
Ut ſint conſtantes, & cælica præmia ſperent.
Nondum finis adeſt mundi, diſceſſio primùm
Fiet, & adveniet prius Antichriſtus. Ut orent
Pro Paulo rogat, ac ut tradita dogmata ſervent.

AD TIMOTHEUM I.

TImotheum Paulus monet hîc ut recta doceri
Curet, & orari pro cunctis. Fœmina diſcat,
Non doceat. Qualis ſit Epiſcopus, atque Fidelis
Quilibet, & ſcribit: Pietas quòd ad omnia proſit:
Taxat avaritiam: In Domino confidere ſuadet.

AD TIMOTHEUM II.

TImotheum laudans rurſum monet ut pia tradat
Dogmata: ſit miles bonus, Hæreticiſque reſiſtat,
Stetque fide Chriſti firmus; prout ipſe coronam
Nunc Paulus ſperans: Eſt ſancta perutilis omnis
Scriptura, hâc inſtructus is arguat, obſecret, inſtet.

AD TITUM.

PRæſcribit Tito quis debet Epiſcopus eſſe:
Prædicet, ad rectam vitam juveneſque ſeneſque
Inſtituat, durè Cretenſes arguat. Addit:
Cres ſemper mendax, mala beſtia, venter iners eſt.
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Digitized by Google

Ad Corinthios II.

Miſſa Corinthiacis hæc altera littera, Paulus
Quâ nunc correctos ſolatur, & inſtruit, orans
Ut fugiant falſos doctores, & patienter
Suſtineant adverſa, ſtipem dent largiter. Ipſe
Quanta tulit fecitque refert, finitque monendo.

Ad Galatas.

AD Galatas ſcribens reprehendit Apoſtolus ipſos
Quòd ſic inſtabiles ſibi perſuadere ſinebant,
Legis adhuc veteris præcepta ligare Fideles.
Gratia Legis onus per Chriſtum ſuſtulit; ergo
Flagret amans, Spe nixa Fides; Legalia ceſſent.

Ad Ephesios.

Littera miſſa Epheſum Pauli Myſteria tractat
Maxima; nempe Deus per Chriſtum quomodo multos
Salvat, ab æterno quos & prædeſtinat, ipſos
Signanter, quibus hîc Divinum inſtillat amorem:
Et variis hominum ſtatibus pia dogmata tradit.

Ad Philippenses.

COntinet hæc Pauli ſacra littera ſcripta Philippos:
Pergite juſtitiam cœptam retinere, Fidemque:
Diſſolvi cupio, tenet aſt dilectio veſtra.
Sunt quorum Deus eſt venter; Vos ſitis honeſti,
Unanimes, orate, Deus bona veſtra rependat.

Ad Colossenses.

HIſce Coloſſenſes animavit Apoſtolus, atque
Edocuit, quòd ſpiritibus præcellat Jëſus
Angelicis, quorum caput eſt, hominumque: per ipſum
Evacuata Vetus Lex, & ſpoliatus Avernus.
Multa dein deſcribit eis bona dogmata morum.

Digitized by Google

LUCAS.

TErtius eſt Lucas Medicus: Probat hic quòd Jeſus
Sit nobis medicina, ſalus, mundique Redemptor,
Qui peccatores recipit, qui perdita quærit,
Qui mœſtos recreat, veniam qui poſcit iniquis.
Sanguine qui lytrum dedit Hoſtia ſacra, Sacerdos.

JOANNES.

JOannes Aquilæ ſimilis petit alta, Deique
Quòd Jeſus Chriſtus ſit Filius, & Deus ipſe
Æternumque Patris Verbum, quo cuncta creata,
Comprobat ex ejus geſtis; permulta proinde
Talia deſcribens, hoc quæ teſtantur apertè.

ACTUS APOSTOLORUM.

NArrat in hoc libro Lucas, quî Spiritus almus
Diſcipulos Chriſti tantâ virtute replevit
Ut per eos diſperſa brevi pervaſerit Orbem
Sancta Fides, Pauli ſpecialiter acta recenſens,
Et quantùm fuerit pro Chriſti nomine paſſus.

EPISTOLA AD ROMANOS.

ROmanis ſcribens demonſtrat Apoſtolus, omnes
Tam Græcos, quàm Judæos peccaſſe; ſalutem
Nemo proinde ſibi tribuat, ſed gratia Chriſti
Salvat, Adæ quos culpa necat, propriuſque reatus:
Informat mores etiam, varioſque ſalutat.

AD CORINTHIOS I.

SChiſmata & inceſtum taxat data prima Corinthum
Littera; Conjugio præponit Virginitatem:
Deque Idolothytis, & ſacro Corpore Chriſti
Inſtruit, & quòd ſit ſummum dilectio donum:
Quòdque reſurgemus: Collectam denique poſcit.

AD

MALACHIAS.

ABjicio veteres, mihi ſacrificatur in omni
Hoſtia munda loco, Deus inquit per Malachiam;
Et monet Hebraos: Reſipiſcite Prodromus ecce
Adveniet, Dominator item, quem vultis; Elias
Denique convertens ad natos corda parentum.

MACHABÆORUM I.

HIc liber acta Juda Machabai, & pralia narrat,
Qui quando Rex Antiochus vexabat Hebraos,
Eſt populum, cultumque Dei tutatus ab hoſte.
Poſtque Judam fratres ejus Jonathaſque Simonque
Hoſtibus obſiſtunt variis, ſed fraude necantur.

MACHABÆORUM II.

HOc repetita libro ſunt pleraque ſcripta priori;
Inſuper & factum Razia, Martyriumque
Quod ſubiit pro Lege ſenex Eleazarus, & quod
Septeni fratres una cum matre tulerunt,
Quos Rex Antiochus crudeli morte peremit.

MATTHÆUS.

PRimus Euangelium linguâ Matthaus Hebraâ
Scripſit, & aſſeruit, quod Jeſus ille ſit olim
Promiſſus Patribus Meſſias; omnia namque
Conveniunt ipſi, qua pradixêre Propheta;
Patria, Geſta, Genus, Mors, Tempus, ut ordine monſtrat.

MARCUS.

MArcus Euangelium breve ſcripſit, dogmata ſtrictim,
Hiſtorias autem latè, veſtigia preſsè
Matthai ſequitur: ſcopus ejus hic eſt ut Jëſum
Eſſe probet Regem Dominum, fortemque Leonem:
Maxima geſta refert ideò, queîs monſtrat idipſum.

Digitized by Google

NAHUM.

EXcidium Nahum *Ninivitis triſte prophetat,*
Et peccata refert, quibus hi meruêre ruinam.
Viribus ac opibus malè fident, nam quoad iſta
Major Alexandria fuit, tamen hanc ſuperarunt
Chaldæi; Niniven perdent ita funditùs ipſi.

HABACUC.

PRævalet adverſus juſtum nunc impius, at poſt
Ob ſcelera inveterata ruet Babylonia nequam,
Et Chaldæorum totaliter evertetur
Regnum, nec poterunt illos ſimulacra juvare.
Habacuc *in Domino Jeſu gaudebit, & orat.*

SOPHONIAS.

IMminet interitus, Sophonias *inquit, iniquis*
Omnibus, Hebræis ſpecialiter; arguit horum
Crimina magna, monens ut convertantur, amaram
Judicis ante diem, quâ conflagrabit hic orbis.
Temporibus Chriſti bona multa futura prophetat.

AGGÆUS.

INcrepat Aggæus *populum Babylone reverſum,*
Quòd non ædificet Templum; Zorobabel ergo
Incipit, & Jeſus: Erit hujus gloria Templi
Major quàm fuerit primi, venietq; cupitus
Gentibus à cunctis, venient bona multa Judæis.

ZACHARIAS.

ADmonet Hebræos Zacharias *ut reſipiſcant,*
Tunc bona multa dabit Deus his: Jeroſolyma ſtabit
Ædificata iterum, populoq; repleta videbit
Quòd Salvator ei veniat ſubvectus aſello;
Aſpicientq; Deum, quem confixêre maligni.

MA-

JOEL.

PLangit, & adplanctum Joël *excitat, omnia namque*
Vaſtantes venient hoſtes, Judexque tremendus
In vallem Joſaphat cunctos compellet adeſſe.
Per Chriſtum tandem Dominus ſalvabit Hebræos,
Mundatiſque dabit bona præſtantiſſima ſemper.

AMOS.

VAticinatur Amos *Divina quòd ultio multis*
Gentibus immineat, ſpecialiter Iſraëlitis;
Inveterata refert horum ſcelera, atque ruinam.
Collapſum Regnum Davidis Chriſtus Ieſus
Eriget, innumeriſque bonis cumulabit Hebræos.

ABDIAS.

ETſi præſumant Idumæi, ſeque ſuperbè
Non fore vincendos jactent; tamen hos ſuperandos
Prædicat Abdias, *& dirè percutiendos,*
Ob mala quæ populo fecerunt Iſraël; ille
In Chanaan felix habitans dominabitur ipſis.

JONAS.

MIttitur à Domino Jonas *ut nuntiet inſtans*
Excidium Ninivæ; navi fugit ille, vbratque
In mare projectum cetus, revomitque deinde:
Prædicat ergo, Deum pia ſed jejunia flectunt,
Qui parcit Ninivæ, reprehendit murmura Jonæ.

MICHÆAS.

ARguit ingrati populi peccata Michæas,
Et quòd propterea Regnum perdetur utrumque
Iſraël, atque Judæ; ſed reſtaurabit id ipſum
Meſſias, hic in Bethlêm naſcetur Ephrata,
Et populum Domini reget, atque Idola peribunt.

NA-

Digitized by Google

THRENI.

THrenorum libro Jeremias *luget Hebræi*
Excidium Regni; Templique, urbiſque ruinam;
Civibus oppreſſis, ac lamentabile funus
Joſiæ (potius Chriſti) per Acroſticha plangit
Carmina, ſuppliciterque Deum pro plebe precatur.

BARUCH.

IN libro Baruch *ſua crimina deflet, & orat*
Pro veniâ Dominum plebs in Babylone Judæa.
Priſtina libertas promittitur, & Jeremiæ
Ad captivandos recitatur Epiſtola, per quam
Quæ Gentes Idola colunt nihil eſſe probantur.

EZECHIEL.

EZechiël *obduratos reprehendit Hebræos,*
Et ſub ſchematibus variis prædicit eorum
Interitum: miſerante Deo fore vivificandos
Hos iterum, promittit eis; formamque Propheta
Juxta quam rurſus Templum ædificabitur, addit.

DANIEL.

NAbuchodonoſoris Daniël *hîc ſomnia pandit,*
Scripturamque manus; ſervatur ab ore leonis,
A flammâ ſocii. Daniël eſt magnus in aula,
Et monſtrantur ei Myſteria multa; Suſannam
Liberat, & Bel comminuit, perimitque Draconem.

OSEE.

PRæcipiente Deo ſcorto ſe jungit Oſeë, *(bræos,*
Quod pellens, revocanſque notat, quòd ad inſtar He-
Gentibus aſſumptis, Dominus quaſi ſcorta repellet,
Idoliſque diu, Temploque, & Rege carebunt,
Donec eos miſerans in mundi fine reſumet.

Digitized by Google

CANTICA.

Oſcula vult Sponſi, quem per pia cantica laudat
Sponſa; ſuam pariter Sponſus decantat amicam
Formoſam totam, cujus ſit captus amore.
Mens pia Sponſa Dei eſt, ſignanter Virgo MARIA,
Sponſus item Chriſtus JESUS, *Eccleſia Sponſa.*

SAPIENTIA.

Optimus eſt finis juſtorum, peſſimus inſtat
Injuſtis, & deſipiunt ſimulacra colentes.
Mundanis opibus Sapientia præſtat: Adamo
Adfuit hæc, juſtiſque aliis, ſervavit Hebræos
Oppreſſos, & per vaſtam bene duxit eremum.

ECCLESIASTICUS.

Hic liber oſtendit quàm ſit Sapientia præſtans
Et cui donet eam Deus ejus fons & origo.
Optima quæque dein traduntur dogmata morum:
Denique laudantur Proavi, ſpecialia quorum
Geſta recenſentur, clauditque oratio librum.

ISAIAS.

Increpat ingratum populum, Dominoque rebellem,
Intentatque minas Iſaias, *atque prophetat*
Tam clarè quòd naſcetur de Virgine Chriſtus,
Et Sacroſancta Nova Myſteria cætera Legis,
Acſi non Vates, ſed Apoſtolus ipſe fuiſſet.

JEREMIAS.

Gentis Judaïcæ Jeremias *crimina plangit,*
Prædicitque necem, Regnique urbiſque ruinam,
Si non pœniteant. Patitur mala multa Propheta,
Dum monet, at fruſtra Judæos, donec iniquos
Chaldæi perimunt, aut ducunt in Babylonem.

THRE-

Digitized by Google

ESTHER.

Eſther ab Aſſuero, pro Vaſthi à Rege repulſa,
Eligitur, conjux ſimul & Regina creatur.
Hæc dein inſidias Aman convertit in ipſum,
Et Mardochæum patruum, cunctoſque Judæos
Liberat à nece, quam decreverat impius Aman.

JOB.

Job ſimplex, Dominumque timens, ac crimina vitans,
Divitiis, & prole potens, ſimul omnia perdens,
Plenus & ulceribus, patiens nil murmuris unquam
Protulit, atque ipſum vexantes vicit amicos:
Hinc bona priſtina dante Deo duplicata recepit.

PSALTERIUM.

Ter quinquaginta liber hic ſacra Cantica profert,
Quorum multa Deum laudant, permulta precantur,
Et Chriſti Domini myſteria multa prophetant.
Sunt quibus inſtruimur, ſunt quæ tormenta malorum
Prædicunt, ſunt quæ promittunt præmia juſtis.

PROVERBIA.

Hoc libro Salomon documenta dat optima morum,
Quæ via ſit vitæ, quænam mala ſemita triſtem
Ducat ad interitum, quantò ſapientia præſtet.
Divitiis, quanto ſtudio quærenda ſit ipſa,
Sed fugienda tibi quanto ſunt crimina cuncta.

ECCLESIASTES.

Hic Sapiens terrena docet contemnere, cum ſint
Omnia vana, nihil, mentiſque afflictio grandis,
Quæ magni faciunt homines, & habere laborant.
Omnia tempus habent. Mors inſtat, judiciumque
Ergo nunc operare bonum, Dominumque timeto.

CAN-

PARALIPOMENON II.

Quæ geſſit Salomon libro repetita ſecundo,
Et qui ſub Roboam Regni ſit ſciſſio facta.
Hinc utriuſque refert Reges, & quomodo propter
Inveterata nimis Regum populique nefanda
Acciderint clades, Regnique utriuſque ruina.

ESDRÆ I.

Captivum populum Cyrus permittit abire;
Qui redit in patriam, reduces numerantur, & urbem
Extruere incipiunt; aſt impediuntur ad uſque
Tempora Darii. Judæis imperat Eſdras,
Omnis ut uxorem pellat ſi non ſit Hebræa.

ESDRÆ II.

A Multis liber hic Nehemiæ dicitur, ipſe
Auctor enim fuit, ac ſua geſta recenſet in illo,
Et qui Jeruſalem muris eſt cincta, & Hebræa
Quomodo reſtaurata fuit Reſpublica, quamvis
Omnimodis hoſtes obſtarent vique doloque.

TOBIAS.

Splendet in hoc libro pietas utriuſque Tobiæ:
Cæcus inopſque ſenex tulit omnia: Raphaël inde
Dux bonus eſt nato, medicuſque parentis, & ambos
Ditat, & uxorem juveni procurat, ab illa
Dæmoniumque fugat, quod ſponſos ante necarat.

JUDITH.

Rex Nabuchodonoſor totum ſibi ſubdere mundum
Intendens, variis devictis Gentibus, arma
Movit in Hebræos, numeroſo milite cingens
Bethuliam; ſed caſta Judith Holoferne perempto
Servat ab interitu cives, totamque Judæam.

Digitized by Google

REGUM I.

POſt Heli Samuël, Saul inde gubernat Hebræos
Arca Dei capitur, regno Saul excidit, ipſe
Dum mandata Dei non perficit: ungitur ergo
In Regem David, Goliath proſternit, at illum
Perdere vult Saul, hic victus ſeſe ipſe peremit.

REGUM II.

MOx à morte Saul David eſt Rex factus in Hebron,
Poſt in Jeruſalem. Perit Isboſeth, Abner, & Amnon.
Multa David præclara facit, ſed adulter Uriam
Occidit; monituſque dolet, ſuperatque rebellem
Abſalon, & numerat populum, qui peſte necatur.

REGUM III.

MOrs David, huic Salomon ſuccedit, & extruit ingens
Templum, pacificè regit inclytus, attamen ipſum
Uxores perdunt. Tribuum ſunt ſchiſmate facta
Iſraël atque Juda duo regna, & prælia Regum;
Quorum geſta libro hoc, zeluſque refertur Eliæ.

REGUM IV.

SPiritus Eliæ duplex datus eſt Eliſæo,
Qui miranda patrat, ſed plebs, Regeſque maligni
Criminibus ſemper quia jungunt crimina, Regnum
Iſraël everſum prius eſt; ac poſtea Juda.
Pluribus abductis urbs diruta, plebſque necata.

PARALIPOMENON I.

QUæ quatuor Regum libris ſunt ſcripta, duobus
His repetita vides, ſuppletaque cernis omiſſa,
Atque ideò Græcè Paralipomena *vocantur.*
Primus ab Adamo deducit ſtemmata plebis
Iſraël, & tandem finitur morte Davidis.

Digitized by Google

NUMERI.

Eſt meritò Numeri, liber iſte vocatus, in illo
Nam toties numerus variis de rebus initur:
Murmur, iter, populum numerat, pœnaſque malorum:
Devictos Arad, Sehon, Og, cum Madianitis:
Hiſtoriam Balaam, mortem Aaron, atque Mariæ.

DEUTERONOMIUM.

Ut Dominum timeant, & ament hortatur Hebræos
Hîc moriens Moyſes, adhibens promiſſa minaſque:
Culpas, & pœnas memorans, & præſtita plebi
Tot bona. Tum fœdus repetit, Legemque: Secunda
Lex ideò liber hic eſt dictus nomine Græco.

JOSUE.

Joſuë (*qui Græcis* Jeſus *eſt dictus*) *Hebræos*
In terram Chanaan ducens, ibi prælia multa
Auxiliante Deo gerit, atque exterminat hoſtes:
Sorte deinde ſuis terram partitur, obitque,
Dum monuit ſervire Deo, ſimulacra cavere.

JUDICUM.

Nomen id obtinuit liber hic, quia geſta recenſet,
Dum ſub Judicibus vixit gens Iſraël. Hi ſunt:
Othoniël, & Aod, Samgar, pia Debbora, Barac,
Gedeon, Abimelech, Thola, Jaïr, Jephte, & Abeſan,
Ajalon, ac Abdon, Samſon, Heli, Samuëlque.
Sed Regum prior acta refert Samuëlis, & Heli.

RUTH.

Cogit oborta fames natoſque virumque Noëmi
In Moab, & moriuntur ibi, redit illa, nuruſque
Ruth, quæ dum ſpicas humilis collegit in agro,
Uxor facta Booz, ex ipſo concipit Obed:
Hic Iſai gennit, genitor fuit ille Davidis.

Digitized by Google

UNIVERSÆ SACRÆ SCRIPTURÆ
SYNOPSIS
SINGULORUM DIVINORUM LIBRORUM
MATERIAM
SINGULIS QUINIS HEXAMETRIS
EXHIBENS.

Narrantes Carmina Scripturarum. Eccli. 44.

GENESIS.

ENarrat Geneſis Dominus quî cuncta crearit:
Adæ peccatum, mortem Habel, Diluviumque,
Structuram turris Babylon, ſparſoſque per orbem,
Confuſis linguis, homines: tum quid pater Abram
Fecerit, ac Iſaac, quid Jacob, quidque Joſephus.

EXODUS.

EXodus afflictos Hebræos exhibet, atque
Ægypti plagas; quî tranſit per mare rubrum
Iſraël Ægyptum linquens: Vetus & data Lex ſit
In Sinai, populus vitulum quî peccet adorans:
Quale Tabernaclûm, quæque ejus tota ſupellex.

LEVITICUS.

HIc liber offerri quî qualibet hoſtia debet
Edocet, immundoſque cibos, hominesſque: Sacerdos
Ritè quis officio fungatur, & illicitum ſit
Quorum conjugium: celebrent quæ feſta: ſceleſtos
Quales occidant: Decimas dent, Primitiaſque.

Nu-

NOVUM TESTAMENTUM.

MAtthæus Chriſtum *viginti* monſtrat, & *octo*.
Marcus Euangelium complet per *ſena decemque*.
Viginti quatuor Lucas deſcribit Jeſum.
Unum & viginti dat Euangeliſta Joannes
Actorum liber & *viginti* complet & *octo*.
Bis octo Paulus Romanos inſtruit omnes.
Prima Corinthiaco populo dat *ſena decemque*.
Altera dat *tredecim* Paulus quibus inſtruit illos.
Senis ad Galatas prohibet Legalia Paulus.
Sex Epheſo Paulus Divinum inſtillat amorem.
Dogmata per *quatuor* dat epiſtola miſſa Philippos.
Eſt *quatuor* Capitum per Paulum ſcripta Coloſſos.
Conſtat *quinque* prior quam miſit Theſſalonicam.
Theſſalonicenſes *tribus* inſtruit altera Pauli.
Timotheum Paulus ~~per~~ primam ~~*quinque*~~ docebat. per ſena
Tradit Timotheo *quatuor* documenta ſecundâ.
Titum *trina* docent quis debet Epiſcopus eſſe.
Servum Philemoni commendat Apoſtolus *uno*.
Paulus ad Hebræos *tredecim* manifeſtat Jeſum.
Diſperſis Tribubus ſcribit per *quinque* Jacobus.
Quinque Petrus primâ converſos admonet omnes.
Officium Paſtoris agit per *trina* ſecundâ.
Quinis prima fidem Joannis fert, & amorem.
Electæ Dominæ fuit altera ſcripta per *unum*.
Tertia Joannis Gajum collaudat in *uno*.
Uno multa docens completur epiſtola Judæ.
Supra *viginti duo* continet Apocalypſis.

UNI-

Digitized by Google

Geſta *decem quatuorque* tenês utriuſque Tobiæ.
Sexque decemque Judith de cæſo Holoferne trium-
Per *ſex atque decem* Judæos liberat Eſther. (phat.
Diſputat & patitur Job *quadraginta duobus.*
Ter quinquaginta Pſalmos liber obtinet unus.
Triginta, ac uno Salomon Proverbia dictat.
Contemnit Mundum *bis ſenis* Eccleſiaſtes,
Octo ſacrum Chriſti thalamum pia Cantica pangunt.
Denis atque novem Sapientia dogmata tradit.
Quinquaginta uno docet Eccleſiaſticus omnes.
Sex dat Euangelicus *ſexagintaque* Iſaïas.
Quinquaginta duo Jeremias vaticinando,
Quinque deinde replet flendo ſimul, atq; precando.
Baruch ab exulibus per *ſex* Idola repellit.
Myſticus Ezechiël *quadraginta octo* prophetat.
Denis & quatuor Daniël arcana recludit.
Judæis *quatuor deniſque* repellit Oſeë.
Plangit, & ad planctum *trinis* Joël excitat omnes.
Diverſis mala magna *novem* denuntiat Amos.
Prædicat Abdias Judæis dura per *unum.*
Hiſtoriam Jonæ mirandam *bis duo* narrant.
Septem Michæas Bethlêm quòd donet Jëſum.
Excidium Ninive Nahum per *trina* prophetat.
Dant Habacuc miſeram Babylonis *trina* ruinam.
Interitum *trinis* Sophonias ſcribit iniquis.
Aggæus Templum monet ædificare *duobus.*
Læta Zacharias pandit *quatuorque decemque.*
Legis per *quatuor* Malachias ſacra repellit.
In primo pugnant Machabæi *ſexque decemque.*
Quinque decemque ſecundus habet de rebus iiſdem.

No-

Digitized by Google

CATALOGUS III.

Quo per ſingula Hexametra & ordo Sacrorum Librorum, & de unoquoque Libro notatur quot Capita contineat, & penè ubique ſimul indicatur Argumentum, aut objectum Libri.

Quot Capitum ſit quiſque liber, quid tractet & idem,
Unumquodque Tibi nuntiat Hexametrum.

LIBRI

VETERIS TESTAMENTI.

DAt *quinquaginta* Geneſis primordia Mundi.
Quî data Lex Vetus eſt *quadraginta* Exodus aſ-
Levitici ſacra *viginti ſeptemque* revelant. (fert.
Caſtra, iter, & populum *triginta ſex* Numerorum.
Triginta quatuor ſed Deuteronomion explet.
Viginti quatuor Joſuë ſacra bella peregit.
Uno & viginti vario ſub Judice vivunt.
Ruth eſt juncta Booz, & *quarto* parturit Obed.
Regum primus habet *triginta unoque* Saülis,
Viginti quatuor Davidis geſta ſecundus.
Binis biſque decem Salomonis tertius acta.
Viceno quinto quarti Babylona migratur.
Supplet omiſſa prior Paralip. *bis dena novemque*
Per Capita, aſt claudunt *ſex trigintaque* ſecundum.
Eſdræ *dena* prior: Babylone reducit Hebræos.
Per *tredecim* Solymæ Nehemias conſtruit urbem.

Geſta

Digitized by Google

CATALOGUS I.

Omnes S. Scripturæ Libros exhibens eo ordine, quo in Vulgata ponuntur.

GEneſis, Exo. Levi. Numerorum, Deuteronomi.
Et Joſuë, Judic. Ruth, Regum, Paralip. Eſdræ.
Tobias, Judith, Eſther, Job, Pſalteriumque.
Proverb. Eccleſiaſt. Cantic. Sap. & Eccleſiaſtic.
Iſaïas, Jeremi. Baruch, Ezechiël, Daniëlque.
Oſe. Joël, Amos, Abdi. Jonas, Michæ. Nahun, Habac.
Sophon. & Aggæus, Zachari. Malachi. Machabæus.
Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, & Acta.
Roma. Corint. Galatis, Epheſi. Philipque, Coloſque.
Theſſalo. Timotheo, Tito, Philemon. Hebræis.
Jacobi, Petri, Joan. Judæ, Apocalypſis.

CATALOGUS II.

In quo Libri ſinguli allegantur, & inſuper numerus librorum, ubi plures ejuſdem nominis ſunt.

GEneſis, Exo. Levi. Numerorum, Deuteronomi.
Et Joſuë, Judic. Ruth, Regum quattuor, ambo
Paralip. ac Eſdræ bini, Tobia, Judithque.
Eſther, Job, Pſalmi, Proverb. atque Eccleſiaſtes.
Cantica, deinde Sap. Eccleſiaſticus, ac Iſaïas.
Jerem. cum Threnis, Baruch, Ezechiël, Daniëlque.
Oſe. Joël, Amos, Abdi. Jonas, Michæ. Nahun, Habac.
Sophon. & Aggæus, Zachari. Malachi. duo Machab.
Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, & Acta.
Roma. duæque Corint. Gal. Epheſ. Philipq; Coloſq;.
Bis Theſſal. Timothq; duæ, Tit. Philem. & Hebræis,
Jacob. bina Petri, tres Joannis, Judæ, & Apoc.

CATA-

Digitized by Google

In nominibus propriis dum non obſtabat accentus, ſeu recta pronuntiatio (quam ſemper retinui) ſæpè variavi ſyllabarum quantitatem, nunc producendo, nunc corripiendo, prout ratio Carminis expoſcebat: Aliquoties etiam, ſed raro corripui ultimam nominum propriorum exeuntium in E indeclinabile, ut *Joſuë*, *Noë*, *Core*, *Phaſe*; quod fortè non placebit delicatioribus Poëtis; ſed tam in hac, quàm in aliâ licentiâ, duces habui Poëtas varios, præſertim ſacros.

Opuſculum appellavi *Medullam Tritici* Deut. 32. Nemo enim ignorat, quòd *Homo vivat in omni verbo quod egreditur de ore Dei*. Deut. 8. *Hic eſt panis vitæ, quo cibavit nos Dominus*. Eccli. 15. Eſt *Panis cor hominis confirmans*. Pſal. 103. Nec alium explico moraliter *Panem cœli, & Angelorum*. Pſal. 77. Item Daniëlis c. 10. *Panem deſiderabilem*, atque adeò *Triticeum*, cujus *Medullam* intelligo ſubſtantiam, ſive compendium S. Scripturæ, cui accommodes illa Davidis Pſal. 80. *Cibavit eos ex adipe*, ſive Medullâ *frumenti*. Pſal. 147. *Adipe frumenti ſatiat te*. Itaque, ut ſpero, hujus opuſculi Lectores *Vivent tritico, & germinabunt quaſi vinea*. Oſe. 14.

Sed fortè quis de his Carminibus meis dixerit iſtud Jerem. 23. *Quid paleis ad triticum?* Reſpondeo: *Paleæ* ſint, modò *Triticum*, imò *Tritici Medullam* continentes: quapropter, Benevole Lector, hoc labore meo non exiguo utere, imo fruere in Domino, ſi quæ Te in illo delectent; ſi quæ diſpliceant excuſa, & corrige. Criticis hoc unum dico:

Invide quid carpis mea Carmina Zoïle? Non te
Curo, niſi noſtris tu meliora feras.

Digitized by Google

Quidam nullam quantitatis Syllabarum, aut gratæ conſonantiæ rationem habentes, inconditis verſibus ſuis riſum movent, & nauſeam, non utilem delectationem, quibus meritò ingeras iſtud Virgilii:

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mevi.

Igitur parvum ac imperfectum primum opuſculum hinc inde correxi, limavi, totumque perfeci, ſingula Diſticha ad ſingula Capita univerſæ Scripturæ abſolvens, nec una aliis connectens, ut ita (ſi cui placet) etiam per modum argumenti, ſingulis Capitibus S. Textûs, aut Commentariorum ſeparatim poſſint præfigi. Stylum adhibere conatus ſum ſimplicem, & clarum cum gratâ Carminis Euphoniâ, quæ tamen alicubi cedere tantiſper debuit ipſis formalibus Scripturæ verbis, præſertim propriis, quæ quantùm poſſibile fuit, retinenda judicavi. Quandoque præcipuas, non verò omnes, alicujus Capitis materias Diſticho comprehendere malui, & apertè proponere, quàm conciſis, diſparatis, atque adeò obſcuris verbis omnia involvere. Hoc præſertim neceſſarium fuit in *Proverbiis*, & *Eccleſiaſtico*, in quibus ſæpè ſinguli fermè Capitum verſus ſingulas ac diſparatas continent materias.

Utilitati, ac neceſſitati tribuendum quòd in primo & ſecundo Catalogo librorum Sacrorum quantitas ſyllabarum negligatur; non enim licebat ordinem librorum invertere, aut alias dictiones ſubſtituere. De cætero Regulas Poëſeos ſervare conatus ſum, niſi quòd preſſus neceſſitate ſecundam vocis *Eccleſia* corripuerim aliquando, ſecutus Sedulium canentem:

Eccleſiam pulchro Chriſtus ſibi junxit amore.

In

PRÆFATIO.

EDideram nuper S. Scripturæ Synopſim, quâ ſingulis quinque Hexametris ſingulorum librorum Canonicorum ſubſtántiam exhibueram; addideram Pentateuchi Moyſis, quatuor Euangeliorum, & libri Actuum Apoſtolorum Capitum omnium Argumenta totidem Diſtichis expreſſa. Parvum hoc, & imperfectum licet opuſculum, præter expectationem meam, aviditſſimè fuit receptum, atque expetitum. Inſuper plures me rogarunt inſtanter, ut univerſos Scripturæ libros per Capita ſingula Diſtichis complecti vellem, & per prælum publici juris facere. Deterruit quidem me labor ſubeundus, utpote quem non modicum in priori opuſculo formando fueram expertus, deterruit criticum quod vivimus ſæculum, deterruit quòd opus à pluribus actum agerem, & conſequenter non niſi crambem recoctam proferrem: vicit tamen amor S. Scripturæ, vicit amicorum crebra ſolicitatio, vicit ſtudium boni publici; maximè quòd Aliorum hâc de re opuſcula & rara eſſent, & meo judicio valdè imperfecta; etenim de variis eorum, dum nimium ſtudent elegantiis Pöëticis, verè dixeris:

Illi dum ſenſum peregrinis Phraſibus ornant,
Emphaſis in verbis ſuſpicienda perit.

Alii dum vel uno Hexametro totius Capitis Synopſim exhibere volunt, vel uno Diſticho comprehendere, quidquid in toto Capite continetur, Ænigmata potius proponunt, quàm clarum Capitis Argumentum, ita ut quiſque illorum dicere poſſit:

Obſcurus fio dum brevis eſſe volo.

Digitized by Google

DOMINE: inſtigat, & urget etiam debita gratitudo, cujus exiguam teſſeram Libellum hunc, oro, ut non dedigneris admittere. Animat expertus favor, qui mihi prorſus perſuadet, à Te repellendum non fore hoc, quamvis exile, donum; ſed potius futurum, ut ſtudiorum meorum pergas eſſe Mœcenas Eximius; præſertim cùm unus ſis, imo præcipuus eorum, qui ſæpiùs me inſtigarunt, ut opuſculum hoc prælo darem. Suſcipe igitur iſtud benignè; ſuſcipe ſimul & vota mea, quibus exopto, ut bonorum omnium largitor Deus E.D.V. in utroque homine multipliciter benedicat. Dabam Lovanii 27. Septembris 1703.

EXIMIÆ DOMINATIONIS VESTRÆ

Humillimus in Chriſto Servus

F. HENRICUS DE BUKENTOP
Frater Minor.

Digitized by Google

ADMODUM REVERENDO
ATQUE
EXIMIO DOMINO

D. GUILIELMO RENARDI

S. THEOLOGIÆ DOCTORI

STRICTÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ LOVANIENSIS

REGENTI AC PROFESSORI.

SIngularis benevolentia, quâ nunc annis plurimis me proſecuta eſt E. D. V. inſtigat me, urget, & animat, ut hoc Opuſculum, licet parvum Tibi offeram EXIMIE

Do-

Digitized by Google

LECTORI.

ERrores aliqui (ùt aſſolet) in prælum irrepſerunt; quoſdam deprehendi, & correctos velim: itaque

Fol. 43. 3. Reg. 14. *mala domui.* lege: *domui mala.*
Fol. 56. Job 10. *Omniſcius.* l. *Omnia ſcis.*
Fol. 59. Pſalm. 7. *ſlagella.* l. *flagella.*
Fol. 76. Eccle. 8. *punit iniqui.* l. *punit, iniqui.*
Fol. 78. Eccli. 6. *Quis fidus ſit.* l. *Cui fidus.*
Fol. 87. Jerem. 22. *genetrice.* l. *genitrice.*
Fol. 88. Jerem. 32. *captivos poſt.* l. *captivos: poſt.*
Fol. 100. 2. Machab. 1. *datus Ægypto.* l. *datus, Ægypto.*

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY
1103

Digitized by Google

MEDULLA TRITICI
SIVE
SUBSTANTIA TOTIUS
S. SCRIPTURÆ
VERSIBUS COMPREHENSA
PER
F. HENRICUM DE BUKENTOP

Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum,
S. Theol. Lectorem Jubilatum, Provinciæ
Germaniæ Inferioris Definitorem.

Salva nos Deus Salvator noſter, ut conſiteamur Nomini Sancto Tuo, & exultemus in Carminibus tuis. 1. Par. 16. ℣. 35.



LOVANII,
Typis HENRICI VAN OVERBEKE.
Anno 1703.

Digitized by Google

Bβ148

Harvard College Library

The

William Stix Friedman

Judaica Book Fund

Established in memory of

William Stix Friedman

Class of 1922

by his wife

Helene Schmitz Friedman

Digitized by Google

HDI
HW 5NQ7 0
Digitized by Google